





124

1718, 14

1718

17

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UG<sup>U</sup>RALIS JURIDICA,  
DE  
**JUDICE**  
**EX ÉRRONEO CON-**  
**SILIO PRUDENTUM**  
**AUT DECISO PRO-**  
**CEDENTE,**

QVAM

INDUL<sup>T</sup>U AMPLISSIMI JCT<sup>R</sup>UM ORDINIS,  
IN PERANTIQA UNIVERSITATE ELECTO.  
RALI ERFORDIENSI,  
SUB PRÆSIDIO

**ALTISSIMI,**  
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
OBTINENDIS,  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI  
IN AUDITORIO JCT<sup>R</sup>. MAJORI  
DIE IIIX. JUNII. A. CLO 1718.

H. C.


SUBMITTET

**JOHANNES PAULUS Schneider:**

PLAV. VAR.

REGIMINIS DUCAL. SAXO-WEIDAV. ADVOC. ET REVISOR.  
PATR. SENATOR.

ER FORDIAE,  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. TYPOGRA.



DIESE ERSTATTUNG VON GURAVIS TURMIGY

IN HINDUGI

IN HINDUGI CON  
TURMIGY

AUT PREZIGO THRO

OFERGUNA

IN HINDUGI CON  
TURMIGY

IN HINDUGI

IN HINDUGI CON  
TURMIGY





Q. D. T. O. M. E. V.

CAP. I.

*Continet introitum, controversia statum, ejusque  
planiorem explicationem.*

§. I.

**N**ullo non tempore fuerunt suarum in *Introitum* alios obligationum immemores, sibi monet, anti- que præscriptis Legibus refragantes, quibus jam Et quo magis multitudo hominum ex- jam a superiori. crevit, eo copiosior etiam delinquentibus inferius turba est reddita; adeo, ut Magi- stratus Politicus, qui summus audit, constitutos dirimendis discordiis & juri dicendo effe. solus amplius non sufficiens, mediatos judices & inferiores constituere, antiquitus jam jam, necesse habuerit. Referunt enim sacræ literæ, Exod. 18. v. 21. seqq. Populo Israëlitico ejusmodi inferiorum judiciorum constitutionem, aliis gentibus jam tum usitatam, tempore Mosis innotuisse.

§. II.

Nec alia nostrorum temporum estratio. Non enim *Sicuti & ho-* cuilibet & quavis ob causas licet sacraria Principum adire; *die fieri solet*

A

sed

§ 3 (2) § 4

sed undique mediati & inferiores judices sunt constituti , à quibus subditorum discordium lites , secundum normam à superiore præscriptam , dirimantur , componantur , malefici promeritis pœnis afficiantur , & quoquaversus justitiae distri-  
butivæ pariter & commutativæ satisfiat.

§. III.

**Qui eamen** Hoc tamen servato discrimine , ut in casibus , quorum causas non decisionem sibi Superiores aut Prudentum Collegia vindicemper ipsæ cant , eorundem jussum aut Consilium expectent . Non decidant , sed enim semper , quales esse debent , existunt ; Et licet non nisi acta trans illi , de quorum pietate , dexteritate , veritate , & juris scientia mittere de-constat , judicis officio admitti debeant *Carpzov. p. 1. Dec. 48. n. 14.* dolendum tamen , eventum intentioni saluberrimæ non semper respondere . Occupant enim haud raro subsellia judicantium improbi , imperiti , avari & vario vitiorum genere inquinati , ut quam maxime verendum , ne ut plurimum decernatur inique , imperite judicetur , vel judex male suo fungatur officio & varias ob causas à vero aberret , perperamque pronunciet . *Carpz. p. 1. C. 26. D. 21. n. 5.* quapropter ubique aut prudentia fvadente & proprio judicis motu , aut necessitate urgente transmissio Actorum & consultatio susci-  
pienda.

§. IV.

**Licet id quod** Neutiquam tamen statuimus , transmittendo Acta o-  
**transmissio-** mnem in iustitiam & errorem evitari . Compertum enim est ,  
**nem sequitur** non modo singulos homines , sed & ingentia prudentissimo-  
**non semper** rum sanctissimorumque hominum confilia se ab erroribus  
**si verum &** undique liberos præstare non posse ; & quotidiana ferme  
**justum.** comprobat experientia , etiam à Collegiis , si non ex delibera-  
to animo & studio , tamen ex imbecillitate humanâ , deviari .

§. V.

**Status Con-** Cum igitur , & adhibito Prudentum Consilio , nihilominus impingere queamus , si statim sequamur id , quod de-  
**troversie.** cisi loco cum Actis remittitur , constituimus , de Judice ex  
erroneo Consilio Prudentum procedente differere . In quo ,  
ubi appareat , judici nonnunquam esse cavendum , ne ipse  
per

¶ (3) ¶

per decretum rem decidat, nostrum ita versabitur studium,  
ut 1.) varios recenseamus casus, ubi acta decisi consequendi  
gratia sunt transmittenda, 2.) queramus, quid juris, si trans-  
missionem decisum sequatur erroneum? & ad quid 3.) Judex  
circa expeditionem ejusdem peccans teneatur?

S. VI.

Non autem nos ea cepit audacia, ut eorundem, qui in *Judex intel-*  
*terris summi sunt, neminemque præter DEum superiorem ligitur infer-*  
*agnoscunt, potestatem causas, si velint, quounque ve-*  
*niant nomine, decidendi, restringamus. Principi enim,*  
*cum ipse sit *Judex supremus & fons omnis jurisdictionis,**  
*adeoque Legibus & ordinationibus Processuum non tantum*  
*solutus, nisi in quantum per vim pauci aut liberè sive sponte*  
*ad earum observantiam se obligaverit, sed & ipse Leges con-*  
*dere possit, omnino liberum est, inter litigantes, missio ex-*  
*teriorum consilio, jus dicere, causasque finire. Inprimis*  
*cum iisdem à latere sunt viri, vita probitate, morum hone-*  
*state, exquisita eruditio dexteritate, actionum gravitate*  
*coruscantes, & qui omnia secundum mensuram potestatis à*  
*DEO, Lege, & homine concessæ, & ad tramites juris &*  
*æquitatis mensurare debent & adamant. Licet constet, haud*  
*vice simplici, etiam à Regimine Principum partim, ob sum-*  
*mam rei gravitatem, partim, quod JCti, ejusdem Consi-*  
*liarii, hoc onus, ad quod necessario non sunt obligati, li-*  
*bentius defugint, quam subeunt, Brunn. in proc. Inquisit.*  
*Cap. 8. §. 3. in f. acta ad eos, qui necessario respondere tenen-*  
*tur, transmitti, posteaque sententias nomine Principis pu-*  
*blicari. Sed judicem intellectum volumus inferiorem. Cum*  
*enim JCti ad summum dignitatis fastigium & eruditio-*  
*nis verticem evecti huic labori, ut dictum, in quantum licet, se sub-*  
*ducant, nemo mediorum & inferiorum judicium se cuique*  
*causæ decidendæ parem, aut licentiam nullis circumscri-*  
*ptam limitibus sibi relictam esse judicet.*

S. VII.

Decet hunc judicem esse personam authoritate publica *Qui est con-*  
*stitutam, quæ in judiciis inferioribus causas cognoscat petens,*

A 2.

&

& finiat. Pollet hinc jurisdictione & sit habilis. Non gaudens enim jurisdictione competente, nec cum nec sine confilio prudentum cognoscere aut decidere debet & potest, cum semper dicatur gravare, quomodounque procedat *Everb.* Vol. 1. *Conf.* X. n. 2. Et quamvis judicandi potestas sit de genere permisorum Treutl. *disp.* 12. Vol. 1. lib. 7. in annot. sub b. ita cuiuslibet eadem concedi possit, nonnulli tamen tanquam inhabiles impediuntur aut prohibentur, quos refert *L.* 12. de *Judic.*

§. IX.

*Imploratus etiam effedebet Judex.* Non sufficit autem habilitas & jurisdictione. *Imploratus etiam demum & non prius in civilibus officium suum imperire debet, ubi enim non auctor, ibi regulariter nec *Judex*; consequenter nec decreto, nec sententia opus est.* Et licet imploratio partis processus introitum praecesserit, nihilominus tamen, in quovis ferme articulo, nova imploratio intercedere debet, alias *Judex*, proprio motu, ulterius procedens, pro qualitate actus, nullitatem commitit, aut de partialitate se suspectum reddit, aut expensas hiare presumit.

§. IX.

*Quid per Consilium Prudentum.* De Consilio, quod diximus prudentum, paucissimis adhuc sciendum, quod nos per illud responsa, decisa & sententias dicasteriorum indicemus; Principum rescripta & decreta, per sub- & obreptionem aut ambiguam & erroneam relationem impetrata, non excludentes. Alias enim non facilè erronei quicquam statui potest in rescriptis eorum, quorum iussa contra jus generale vel utilitatem publicam non sunt impetrata *L.* f. C. si contr. jus vel uil. v. g. post rem judicatam ad eam retractandam *L.* i. l. 2. C. ut lit. pend. vel post provoc. Prætereaque non statim durus, legumque contemptor videtur Princeps, qui in privatibus quid duriusculi & nonnihil à legibus devii, quod tamen utilitate publica, aut alio modo rependitur, admittit. *Tacit.* lib. 24. annal. c. 44. Mechanici quidem, aliquique periti, sape numero tam in civilibus quam criminalibus sunt adhibendi, eorumque opiniones exposcenda, sed cum hisce res nobis non est. Assertum enim eorum sententia nomen vix meretur, sunt enim in se mere privati, nec

nec publica potestate respondendi gaudent, sed potius informationis & probationis, quam decisionis gratia, eorum effatum desideratur: ut postea demum decretum judicis aut sententia superstrui poscit. Nos autem potissimum querimus de casu, ubi acta decisionis gratia transmittenda sunt, Interim tangemus etiam, in quantum ejusmodi opiniones à judice sint expediendæ.

## §. X.

Mittimus vero ea, quæ legibus & veritate nituntur, soli- *Quid per er-*  
citi tantum de iis, quæ hisce repugnant; & investigamus ad roneum? *Quid per ro-*  
quid judex circa ea in publicatione & executione sit obli- *procedere.*  
gatus?

## C A P. II.

*Suppediat casus nonnullos, transmissionem acto-*  
*rum exposcentes & suadentes.*

## §. I.

Judex igitur habilis, competens & imploratus non semper *judex etiam*  
decernendo rem decidere, sed decisionem, transmittendo *in civilibus*  
*acta*, expetere debet; in causa tam Civili, quam Criminale *non semper*  
li. Et quamvis in Civilibus eidem alias liberum sit, aut ipse *decidat*.  
decernere, aut per transmissionem actorum decisionem aliis  
relinquere, *Dn. Barib. Hodeg. p. 105.* ita, ut ad transmissionem  
invitus cogi nequeat, sed, si velit, ipse judicare possit, *Svend.*  
*in Pr. Fib. p. 793.* nec discriminem habeatur, causas inter sum-  
marias & ordinarias, dum hæc, sæpius æque minus, ac illæ  
exactam causæ cognitionem requirant, *Svend. ibid. p. 817.*  
prætereaque, summus Saxonum Legislator in genere sanxe-  
rit: daß die Sachen durch Decreta erbitert und nicht leicht zum  
Proces verwiesen werden sollen / ideoque ejusmodi viris, qui  
sunt litibus cognoscendis & dirimendis idonei, subsellia ju-  
dicum concedi jusserit, *Diss. Adrian. Beyer in process. rer. Me-  
chanic. c. 36. §. II, nro. 2064.* existimans, in Procesu ordinario,  
quo

quo super singulis ferè articulis pronunciari solet, decretum judicis non obtainere, sed ex responso collegii Juridici sensim obtentiam esse ferendam; Nihilominus tamen & in civilibus necessitatibus, dantur casus, in quibus à decernendo judici aut necessario parum ob aut prudenter est abstinentium.

## §. II.

*Ob necessita-* Ad illud referimus 1) quando a Superiore causa ita fuit tem: delegata, ut in ea petatur aut Superioris aut J. Ctorum deci-  
 1) *Quando sum*, tunc judex Rescripto contravenire nequit, *Spend. a. l.*  
*Superior* Non quidem hic sermo est, de Commissario Principis, quippe transmissio qui absque nullitate, si Princeps aliud voluerit, in causa de-  
 nem manda cernere & sic fines Commissionis transfilare non debet, quia  
 vit, jurisdic̄tio ejusdem tantum dependet ex tenore mandati, &  
 qui actus in hoc non tenetur, in eodem expediendo etiam nulla statuitur jurisdic̄tio. Sed de judice alias ordinario competente agimus, ad quem rescriptum de transmittendis actis, ad supplicationem partis, emissum fuit. Cum enim partibus potentibus transmissione actorum denegari nequit, multo minus mandato & Rescripto Superioris, ad supplicationem unius alteriusve partis obtento, impune reniti licebit. Plerumque enim subordinate jurisdic̄tio est concessa, hinc judex Superior à partibus aditus, aut relationem cum actis à judice inferiore exigere & tunc ipse decidere, aut statim transmissionem actorum in Jurisprudentum Collegium mandare potest; ut taceamus, quod extet casus v. g. res opificum, item privilegiorum concernentes, quorum decisio Principibus est reservata. *Brunn. in Pr. Civil. c. 7. n. 7. p. 94.*

## §. III.

2) *Si partes* 2.) Si quando partes in transmissionem compromis-  
*ita compro-* runt. Partibus enim licuit etiam in extrajudiciales arbitros  
*miserunt.* consentire, multo magis in aditionem judicis ordinarii, ita,  
 ut acta transmittant: In quo jurisdictioni illius neutiquam præjudicium quoddam affertur, cum causam suam contro-  
 versam etiam non adito judice componere potuissent. Sa-  
 pit hæc per transmissionem compromissam intentata litigii  
 compositio transactionem veluti, cui nec pars *Garpzov. L. 2.*  
*b. 2.*

t. 2. Resp. 36. n. 10. nec judex contravenire potest; Ex quo se- Deferendum  
quitur, quod hoc in casu, si partes & quidem ipsa principa- est istis, si cer-  
les, aut earum mandatarii, speciali mandato instructi, com- tum Colle-  
promiserint in certum aliquod collegium, judex aliud eli- gium elega-  
gere non debeat, sed præcise transactionem partis sequi ne- rint.  
cessé habeat. *Carpz.* cit. l. & *Brunn.* in proc. Civ. c. 27. n. 8.

p. 249. Studere enim debet judex causis sopiaendis non ex- citandis, nisi partes compromiserint in Collegium peregrinum aut prohibitum, tunc iisdem deferri non debet per L. 3.

*C. de Jurisdict.* Privatorum enim conventiones judicem obli- gare non possunt, ut transgrediatur Leges sibi præscriptas & contra earundem expressum tenorem procedat. Extra *Extra com-*  
casum compromissi autem parti contra unum alterumve Col- *promissum e-*  
legium excipienti præcise deferendum non est, in primis *lectio penes*  
cum recusationis prægnantes & evidentes causæ non allegan *judicem est.*  
*Brunn.* d. l. *Riv.* ad Ord. P. S. T. 34. Enunc. 2. p. 1167. Sed tunc stat penes judicem, ad quod Collegium acta transmitte-  
re velit, *Riv.* d. l. nisi judicia ad certum JCtorum Collegium *Nisi ad cer-*  
sint adstricta. Sic in judiciis Saxoniae sententiae ex Collegio *tum sit ad-*  
ejusdem ditionis peti debent sub pena remotionis ab Actis *strictus.*  
*Riv.* d. l. *En.* 3. ubi *præjud.* Nec semper Collegia ejusdem ditionis promiscue adire licet; Sic quædam Saxonum judicia ad certum JCtorum Collegium ditionis Saxonicae ita sunt alliga- ta, ut sine speciali Superioris Concessione ad aliud acta trans- mittere nequeant. Ut in judicium Mercatorium Lipsiense præcise ex Scabinatu, qui Lipsiæ est, rogare debet sententias. *Rivin.* d. l. *En.* 3. p. 1169. Præfecti etiam in inquisitionibus acta Scabinibus committere debent. *Mand.* El. d. 28. Jan. 1579. p. 7. n. 10. In Brandenburgiæ necesse est, Facultatem Academiæ Francofurtensis vel Scabinatum Brandenburgicum consuli per *Constit.* El. in *Recessu de anno 1611.* Tit. II. uti allegat *Brunn.* in *Pr. Inquis.* c. 8. n. 5. p. 145.

#### §. IV.

Dum autem judici concedimus libertatem, extra com- *Electio judi-*  
promissum partium eligendi, collegium, quodcunque ve- *cis non ita*  
lit, neutiquam approbamus modum eorum judicium, qui in extendenda,  
causis ac si loco Col-

legii ad Re-causis partium civilibus non Collegia JCtorum, sed Regimen  
gimen Prin. & tribunal Principum adeunt & rescriptum petunt. Hoc e-  
cipale acta nim modo per indirectum partes privantur instantia quadam  
mittere pos- & causam suam sufficienter deducere impediuntur. Et cum  
sit.

contra rescripta non facile disputari *Mand. El. 28. Jan.*  
*1579.* & per *Gail. L. 1. obs. 14. n. 6.* tantum investigari debeat, quæ  
sit voluntas & scientia Principis, nonnunquam male institu-  
ti, neque partes neque eorum Advocati jura sua  
contra eadem quæ libere & masculine ac contra sententias de-

**Quod tamen** defendere amabunt. Aliter se res habet, quando partes ipsæ  
procedit, ad decisionem superioris proxime, non per saltum, compe-  
quando sic tentis compromittunt, tunc enim utique judex ad eundem  
compromisum referre & rescriptum expectare debet, ita ut ex iis, qui con-  
sum.

**Perniciose** partes nominarunt. Interim negandum non est, ejusmodi  
solent esse compromissa & transmissiones actorum in collegia JCtorum  
partibus saepius esse perniciosas. Præter enim sportulas sen-  
tentiæ, quæ expensas decreti plerumque excedere solent,  
transmissio-

nes actorum & aut ab utraque parte, aut extra compromissum, à petente  
transmissionem, ita tamen ut à succubente recuperentur,  
*Brunn. in Pr. Civ. cap. 27. 9. 5. p. 248.* sunt eroganda, etiam hoc  
incommodi ex sententia nasci solet, quod, si forsitan senten-  
tia nullitate laboret, in quibusdam judiciis hæc querela &  
petitio citationis ad certum spatium sit restricta; sic per *ord.*  
*Pr. Sax. Tit. 38. S.* Wein aber ic. gehöret werde, in foris  
saxon. intra terminum saxonicum est movenda & cita-  
tio in curiis provincialibus & supremo provocationum judi-  
cio, ad proximum, in aliis judiciis intra duplicatum spati-  
um saxonicum est impetranda, sub pena præclusionis *Menck.*  
*Tab. syn ff. quæ sentent. sine appell. rescind. p. 712.* præterea certa pe-  
cunia summa, quæ non statim quivis litigantium absque gra-  
vi rei domestica incommodo carere potest, in casum suc-  
cubentia, quibusdam in judiciis est constituta, id quod  
non tantum in Marchia Brandenburgica per *Brunnum. Pr. Civil.*  
*Cap. 28. n. 113. p. 325.* sed etiam in terris Saxonice, ubi 40.  
floreni sunt solvendi, obtinet. *Ord. Pr. Sax. Tit. 38.* Cumecon-  
tra

tra in decretis intra triginta annos, addito in Saxonia spatio anni, sex septimanarum triumque dierum conqueri liceat, uti hoc Rivin. En. 5. ad Ord. P. S. Tit. 38. præjudicio confirmat. vid. etiam Ziegl. ad d. O. P. S. Tit 38. adverb. weiter darmst nicht gehöret werden / in his quoque pena exulet per Ziegl. d. l. ad verbain deducirung.

## §. V.

Dubium etiam non est, quin per leges particulares aut<sup>3</sup>) *Si ex flas-*  
per statutum transmisso actorum præcipi queat, & cum an*tuso quodam*  
te omnia in judicio sit observandum, quod in statutis sancti-a*ut obser-*  
tum, judices etiam jurare debeant, se velle leges & jura ob*vantia tran-*  
servare; statuta autem habeant vim legis, adeo ut etiam ju*smisso acto-*  
ri communi derogent, hinc, iis in casibus, ubi ex statuto rum *intro-*  
transmisso fieri debet, à decernendo necessario abstinen*dulta.*  
dum erit. Id quod etiam statuendum, ubi in certis casibus  
per consuetudinem aut observantiam transmissio actorum est  
introducta, cum & ea vim legis habeat, & ad obsequium  
obliget. Sic in foro Sax. Electorali, obtinuisse: ut Prafe-  
ctis non nisi semel in causa decernere liceat, à Dn. Berg. in Oc-  
con. jur. p. 1035. n. 6. dicitur.

## §. VI.

Occurrunt in foro non raro casus, in quibus deci-<sup>4)</sup> *Si cause*  
dendis tota eruditissimis & in Juris peritia exercitatis*dibia.*  
mis viris instructa Collegia discordia fuerunt, si-  
biique invicem contradicendo repugnarunt, non de-  
stituta eruditis rationibus, quibus unumquodvis suam non  
leviter munivit sententiam, ut Authores, qui decisiones,  
observations, Conclusiones, Responsa, Enunciata, & id  
genus alia, publicæ luci dederunt, numerosè recensere no-  
runt, & ex casu cap. 3. §. 8. adductio patet. Quos intricato  
nexu involutos casus, si judex ita endare nesciat, ut dubii  
quicquam amplius non superse, eorum decisione superse *Nec sufficit,*  
dere debet. Nec sufficit, quod habeat JCTos & Collegiorum *si assidentes*  
quotundam rationes sibi assidentes. Ut enim taceamus, *habeat opinio-*  
*quod casus rarissime sint uniformes, & unica circumstantia ones DD.*  
variet totam causam, judex in primis sit certus, quod illæ *Nisi & in*  
*sint vere & justæ.* Quamdiu enim de veritate & certitudine *conscientia*

B est

de veritate  
 decreti sit  
 convictus.  
 Nec licet ho-  
 die ita judi-  
 care in obscu-  
 rie, ut olim,  
 Sed res est nem continere debent, amplius non procedet. Huic au-  
 dicenda. tem formandæ, pro gravitate causæ non levis cura, diligen-  
 Id quod ar-tia, & cautio est adhibenda. Id quod exinde patet, quia  
 duū quid est, non raro Dicasterii Assessores consummatissimi in duas plu-  
 sive vires in-resve partes & factiones abeunt; & tunc aliter procedendum,  
 feriorum iu quando Collegium duas tantum difformes agnoscit partes;  
 dicum vix ubi aut major pars concludit, aut numero dissentientium  
 semper re-pari existente, eorum suffragiis, qui ob favorem personæ  
 spondent. vel causæ pro Reo, libertate, aut ultimâ voluntate &c. judi-  
 carunt, calculus adjiciendus erit; aliter, quando tres &  
 plures opiniones concurrunt; ubi in colligendis votis eo-  
 rumque confutatione major exigitur labor, & per Huber. in  
 p[ro]le[ct]o. ad Tit. ff. de re judic. n. 18. p. 385. ad præsumtam potius  
 voluntatem opinantium, & quid eidem magis conveniat,  
 quam ad naturam objecti & causæ decidenda respiciendum.  
 Sic quando ex tribus arbitris unus in quindecim, aliis decem,  
 tertius in quinque condemnat, quinque præstari debent,  
 quia in hanc summam, tanquam minorem & sub majore com-  
 prehensam omnes consentiunt, l. 27. §. 3. ff. de rec. & qui arb. res.  
 cui sane labori judices inferiorum judiciorum, cum ob assesso-  
 rum paucitatem, tum imperitiam, ut plurimum impares  
 extimandi erunt. Sæpius etiam pugnare videntur cum vero-  
 simili mente Legislatoris verba Legis, ubi mentem potius,  
 quam verba sequi necesse est; Conflictus quoque aliquando  
 inter Legem & jus Divinum intercedit, ubi, referente Hu-  
 ber[us] d. l. p. 387. à Joh. à Sande, statuitur, Legem divinam  
 statutariaz esse præferendam, Huberus autem, hoc limitan-  
 do,

do, putat, quod pro diverso cujusque reipublicæ statu alia determinatio fieri possit, quam est in Lege divina, quo in casu ad statuti normam causa esset decidenda. Consentaneum præterea est officio judicis rationes juris, qui *is* partes eorumque Advocati aliquando parum suggesterunt, in examinanda causa formandaque sententia supplere *l. un. C.* ut qui desum *Advoc. parti. jud. sup.* quamvis id ipsum de factis non liceat, *O. P. S. Tit. 36. S. Weil hierinnen &c.* sed in his Judex acta & probata sequi debeat *l. b. S. veritas ff. de offic. præf.* Sic ex officio rejiciendus libellus alternativus aut aliis ineptus, licet exceptio ineptitudinis non sit opposita, *Rivin. in præjud. Enunc. 19. ad Ord. P. S. Tit. 5. id. d. l En. 30.* Et quamvis reus pro confessu & convicto juxta ordinem Processus sit habendum, tamen judex ineptitudinem Libelli, quæ provenit ex defectu legitimi medii concludendi, ex officio attendere remque absolvere tenetur *Rivin. d. l. Enunc. 42.* Reus enim pro confessu & convicto habetur in factis libellatis ob contumaciam, hinc tamen non sequitur, quod statim ex jure sit condemnandus in id, quod in libello petitur quidem, sed ex ejusdem medio concludendi non fluit, nec ad factum dextre applicandum. Quæ omnia sane judicum inferiorum judicium sapissime transcendunt.

## S. VII.

Et licet judex iustitiae & aequitatis, ratione decisi ferendi in conscientia sit persuasus, tamen prudenter a decernendo abstineat; Conscientia enim errare & sententiam erroneam creti ferendi pro vera & justa habere potest. Sapissime sane contingit, ut certum se puerum / collegia interloquantur: würde zuförderst zu denen Aeter kommet, prudenter dasz ic. so ergienge ferner was recht wüste: Sine dubio iudex acta non manca, sed completa esse credidit, iisque quid, abstinebit, quod in sententia concipienda non omissendum esset, adhuc deesse non putavit, alias non transmisisset acta; & tamen in hoc erravit, errorem etiam majorem commisisset, si decretum tulisset. Defectum enim a collegio in actis observatum non deprehendisset, multo minus omissarum circumstantiarum in decreto conciendo respectum habuisset. Sic

oculi plus vident, quam oculus, & totum collegium, singulas forsitan accuratius & penitus inspiciens circumstantias, sententiam justitiae & aequitati magis convenientiam dixisset. Præterea pro judice decernente non eadem militat præsumtio justi quæ pro JCTorum collegio, in primis, cum illi assideant plerumque rerum mechanicarum potius, quam juris periti, partes hinc remedia decretis citius, quam sententiis interponere audent & justiore sententiam à collegio adipisci sperant, quos sumtus vix fecissent, si ab initio statim sententia petita fuisset.

## §. IX.

3) Quando Adduci etiam posset quod si Judex in causis, quarum scit, rem ali. veritas eundem fugit, non decernat, multo minus hoc offerre habere fiduciam impertiat in casu, quo aliter ipsi de facto constat, quam ex a. quam ex actis & probatis appareat. Zieg. ad O. P. S. T. 34. ad titio constat. verb. infacto nichts supplire ic. Ex solâ suâ notitiâ enim neutrīnam judicet, sed secundum acta & probata O. P. S. Tit. 34. §. weil hierinnen ic. nisi ansam aut nullitatî aut remedio suspensivo præbere & partem multis expensis erogandis gravare velit; Probationes autem istæ aut subordinarii testibus aut falsis documentis gestæ esse possunt. Si igitur hoc sciat judex, & secundum acta, quæ tamen falsa esse ipse persuasum habet, judicet, ageret contra veritatem & conscientiam, ad quod tam per Treut. Disp. 12. Vol. 1. n. 14. p. 105. & Zieg. c. l. nullo modo tenetur. Ast Suendendorff. in notis ad Eckoltum p. 224. deduxit: Judicem salva conscientia contra privatam scientiam secundum acta & probata judicare posse. Hoc enim exigere ejusdem officium, ut secundum leges, quæ volunt, ut convictus sit condemnandus, judicet. Inter convictum autem & reum s. nocentem haud raro non minimam intercedere differentiam, ita, ut judex condemnans convictum non statim eundem etiam condemnet ut reum s. nocentem. Nec veritati afferri præjudicium, cum alia sit veritas rei ipsius, alia auctorum, quæ diceretur judicialis, & sufficeret si judex hanc tantummodo observet & ad hanc decisum suum formet. Hinc prudenter magis quam necessario a decernendo

§ 3 (13) § 4

do abstineat, & si secundum acta & probata causam controversam decidere conscientia ejusdem religio, contra acta & probata utilitatis publica ratio non permitrat, aliis decisionem aut, quod magis consilii, totius causæ tractationem relinquat.

S. IX.

Fieri etiam potest, ut judex ad instantiam partis acta,<sup>6)</sup> Quando auditis de hoc petito partibus, in collegium prudentum *Judex transmittere decernat*, quo facto, ipsi amplius in causa promissionem nunciare liberum vix erit. Pars enim, quæ transmissionem *decrevit*, efflagitavit, jus quæsitus jam jam est facta, quod iterum, eadem nolente, auferri nequit, quod enim semel placuit, amplius displicere non debet, in primis cum, ut ajunt, ejusmodi dicta, decisa, resolutiones, vim sententiarum habeant, *Ludov. in Proc. Civ. p. 211. Diff. cum aliis Dn. Berg. in accon. Jur. p. 1035. n. 6.* Juris autem notissimi est, quod judex sententiam semel latam corrigere, non possit. *L. 55. ff. de re Judic.* Non sufficit autem, quod transmissio non fuerit denegata, sed exigitur, ut sit concessa, quod enim à judice non denegatur, pro concessione non statim habendum. *Riv. ad ord. P. S. T. 20. En. 87.*

*p. 821.* Si vero partes, ad quarum preces transmissio fuit *Nisi Partes* decreta, in solvendis expensis sint morosæ, transmissio semel *ipse eandem* decretare revocari à judice potest, quia sub conditione, si par. *remoren*tur, tes praftanda praftarent, transmissionem approbassem videtur; vel quando pars utraque postea petat cognitionem judicis; quia juri suo iterum renunciare potest; aut appareat, per calumniam transmissionem esse petitam, decipientibus enim iura non subveniunt, nec iis patrocinium praftant *l. 2.* *C. si minor se maj. dix. l. 2. §. 3. ad St. Vellej. v. g.* Si forsitan partes extra judicialiter rem componere & judicem sportulis promeritis defraudare studeant, adeoque acta in collegium remotum, ex quo eorum amissionem sperant, transmitti petant. *Brunn. Pr. Civ. cap. 27. n. 11. p. 251.*

S. X.

Multo minus judex potest post obtentam jam senten-<sup>7)</sup> Quando tiam ipse decidere & eandem, si est fundata & legitime, h. *Judex sen-* e. prævia citatione ad inrotationem, *Ludov. in Proc. Civ. p. tentiam iam 208. obtinuit,*

208. decisionis & non informationis tantum gratia , petita ,  
seponere potest : sed hoc hujus loci propriè non est . Tunc  
enim neque decernere neque acta amplius transmittere lice-  
bit , sed tam ad publicationem , quam executionem illius  
sententiaz est obligatus . Partes enim & judex jam voluerunt  
sententiam illam iustam , quæ transmissionem sit secutura ,  
esse partem actorum , hinc judex partibus invitis recedere  
non potest , nedum sententiam , ex singulari erga unam li-  
tigantium partem favore , in odium alterius removere . *Ri-*  
*vin. ad ord. P. S. T. 34. En. 4. p. 1169.* Nisi , ut infra dicetur ,  
sententia sequatur erronea & partes decretum judicis respu-  
erint aut detractaverint , tunc ante publicationem ulterior  
transmissio erit suscipienda . Informationis tantum gratia  
petitz sententia huc non pertinent , nec de hisce loquimur . Il-  
lis enim non obstantibus , Judici liberum manet , pro subitu eas-  
dem sequi , aut aliter rem ipse decidere , aut novam sententiam  
petere . Nulla enim hoc in casu intercessit conventionis , nec  
jus partium , & quidquid tunc a judice publicatur , non sen-  
tentia erit , sed decretum *Berg. Oecon. iur. pag. 1035. n. 6.* Non  
autem præsumitur , informationem tantum esse petitam per  
*Riv. in En. 4. ad ord. P. S. T. 34. alleg. preiud. p. 1176. in verb.* Und daß  
der Rath bloß zu ihrer Information ohne Abssehen auf ein Ur-  
thel / so hernach denen Partheyen publiciret werden sollen / den  
Rechts-Spruch verlanget haben solten / nicht zuvermuthen . Ne  
igitur Judex suspicionem illicitæ remotionis sententiaz ab a-  
ctis incurrat , suadendum , ut missiva penes acta servetur ,  
quo pars videre possit , quam sententiam judex petierit &  
quando missiva , ut ita loquar , deest , præsumtio contra illum  
militat *Rivin. in preiud. d. Enunc.* Imo collegia , quando partici-  
litatem vident , interdum missivam , quam in actis desiderant ,  
sententiaz adjiciunt , *Lud. in Pr. Crim. p. 100.*

## §. XI.

*Ob prudentiam.* Reliquos , qui existere possunt casus , ubi loco decreti ,  
potius sententiam ex Collegio prudentum petere judex ne-  
cessitate habeat , brevitatis studio mittimus . Præcipue , cum  
prætereundi non sint casus quidam , in quibus , prudentia  
fua .

fiudente, ultro à decernendo abhorreat. Cuilibet enim licere dicam, an incumbere debet, ita in rebus suis tractandis, se gerere, ut inde sua aliorumque promoteatur utilitas legibus non contraria. Quidni & iudex, in jure reddendo & exequendo, illud sibi commendatum habeat, omnibusque modis observet? Inprimis cum officium ejusdem, præ privatis, id præcipui agnoscat, ut longe pluribus incommodis, quæ alii extimescenda non sunt, sit expositum. Et sicuti prudentia judicialis, multis in casibus, expectationem consilii prudentum respueens, judicis resolutionem celerimam & decisum expeditum, sine cunctatione, postulat, v. g. in arestando debitore, aut delinquentे fugitivo, in procedendo contra debitorem ex literis cambialibus conventum & latreras circumspicientem, in actu executionis realiter, imminentे concursu, & ubi periculum, ne per arestum alius executionem petenti præponatur, expediendo, & quæ sunt sexcenta alia: Ita & eadem è contra sapissime decretum dissiudet, & transmissione a forum magis utilem, exigit.

## S. XII.

Repetenda huc non tantum sunt ea, quæ §. 7. de causa *Sic transdubia & ardua incidenter anneximus & §. 8. adduximus, sed missio sua-* contingit etiam non raro, ut iudex ab unâ alterave litigantia in re-  
tium parte domi audeatur: particularitatis fane & suspicionis *bij arduis &*  
notam vix effugiet, si acta non transmittat, in primis cum *alii dubiis.*  
consilium quoddam suppeditavit. Quippe quo in casu, qui-  
libet etiam ex collegio in actu deliberationis secedere & suf-  
fragium suspendere debet. Hunc morem & dicasteria te-  
nent, ut, quando consilium in causa dederunt, acta remit-  
tant, & causam neutriquam decidant, *Brunn. in Pr. Civ. c. 27.*  
*n. 10. p. 250.* Hoc tamen tantum restringendum, ad casum,  
ubi Collegium parti petenti, quid faciendum, consultit, non  
autem, ubi, quid justum sit, respondit, hoc enim in casu maxi-  
me postea decidere potest. Iudex vero, Acta transmittendo  
evitaturus suspicionem etiam in literis causæ merita non tra-  
itet, quamvis prohibitum non sit, singula, quæ in controver-  
siam venerunt, ex Actis extrahere & in Literis ad Collegium  
datis

datis recensere, ut verus controversiae status eo felicius & accuratius cognoscatur, qui labor judicii eo minorem suspicionem pariet, quando praesentibus partibus eundem suscipiet.

## §. XIII.

*Quando Do-* Nobiles etiam rusticos, vel Magistratus municipalis minus iurisdictionalis subditos suos & incolas coram suis officialibus, Praetoribus, Scabinis atque Praefectis judicio pulsantes, quippe quod in coram suo iuri, si judicium rite sit constitutum per Ord. Pr. S. Tit. 2, in dictio subdi. verbis: *dañ diejenigen ic. facere licet*, non facile ipsi in causas convenientia, sa judicent, sed acta ad collegium quoddam Sapientum diligenda transmittant, ne quicquam suspicionis subsit, Cz. Pr. T. 3. a. 4. n. 107. quæ tamen alias facile subesse possit, cum judex tunc in causa sua videatur constitutus, quod jura non admittunt l. un. C. ne quis in sua causa in primis, cum Nobilium officiales per se jurisdictionem non habeant, sed delegati tantummodo sint & executores, omniaque ex nutu & iussu Nobilium vel Superiorum facere & disponere dicantur. Cz. ibid. n. 103. & 104. Nec ipsorum Aduarii cum scabinis suis paganis in causa judicent, sed acta ad collegium quoddam mittant per verba, quæ in præjudicio Riw. Enunc. g. O. P. S. T. 2. habentur: Diemel a. d. denen Gerichten in Sachen ihres Erb-Herren und dessen Unterthanen zu Vermeidung allen Verdachts/ der wieder sie ex dependentia partis verhandeln des sententiori- ren sich zu äussern / und dergleichen Acta zum rechtlichen Ver- spruch zu verschicken / obliegen will / inmassen solches allenthal- ben üblich / und ihr also dem Herkommen zuwider in dieser Sa- che selbst decretiret ic. Electionem interim habent nobiles an subditos suos coram proprio judicio convenire & transmissis actis decisionem expectare velint, an, quod licet Myns. Cent. 5. Obs. 1. Gail. l. 1. obs. 1. n. 18. Zang. de Exc. p. 2. c. 1. n. 408. seqq. statim coram Superiore contra eosdem actionem instituere & sic omnem suspicionis speciem effugere malint. Licentia enim coram suo judicio contra eosdem experiendi in favorem & utilitatem Magistratum est data, favori autem pro se introducto quilibet renunciare valet.

## §. XIV.

## §. XIV.

Omnes præterea & singula illæ causæ, quæ suspicionem movere possunt, erunt & idoneæ causæ probo judici hæstan-  
di & à decernendo abstinendi. In genere monet Christ. V. 2.  
*Quando alio modo suspe-*  
*d. 149. n. 3. easdem ferme causas, qua ad testes reprobando*  
*adduci possunt, judici quoque recusando applicandas esse,*  
*quo refero inimicitias, nimiam familiaritatem, arctissimam*  
*conjunctionem &c. pro ejusmodi causa etiam haberi potest,*  
*si judex similem causam, quam aut defendit aut impugnat,*  
*habeat, vel in eadem fuerit patronus, si se ingessit &c. Brun-*  
*nem. ad L. 16. C. de Judiciis. Non quidem Judex suspectus*  
*redditur, quando filius ejusdem alteri parti advocando assi-*  
*stit, aut judex cum uno ex litigantibus item patrimoniale*  
*habeat, neque tamen iniquiori in ipsum sit animo Huber. pre-*  
*let. ad Tiz. ff. de Jud. pos. 19. ubi plura; Nec causæ ejusmodi*  
*suspicionis, quæ judicem arcere possunt, statim contra to-*  
*tum collegium locum habent, nisi omnes de Collegio sint*  
*suspecti, veluti si pro altero litigantium literas affectum pro-*  
*dentes scriperint, Menck. in Tab. Syn. ff. de except. prescripte.*  
*p. 564. aut membrorum pars major, vel quæ maximæ est au-*  
*toritatis, suspicione laboret. Menck. c. l. Nec, si unus ex*  
*Commissariis est suspectus, ceteri statim, si omnes & sin-*  
*guli decenter sunt constituti, à cognitione arcendi erunt. Ni-*  
*hilominus tamen Judex, Collegium, & Commissarii ultro*  
*à decisione prudenter abstinebunt, ut, tanquam viri honesti*  
*& probi, animum omnis plane suspicionis speciem effugere*  
*cupientem demonstrent. Agimus autem hoc loco de casu,*  
*ubi exceptio suspicionis non est opposita. Hac enim de-*  
*center, cum specifica relatione causarum, ab initio statim,*  
*antequam per consensum agnitus judicis est consecuta, mo-*  
*tæ, tunc hic plane definit esse judex, nec cognoscere, nec*  
*decernere potest L. 16. C. de judic. Brunnem. ad d. l. Zang. de*  
*exc. p. 2. c. 4. n. 21. & si de facto cognoscatur & sententiam ferat,*  
*ea ipso jure nulla est, & quicquid ultra factum, pro invalido*  
*& pro attentato habendum, sed omnis cognitio aut superio-*  
*ri aut arbitris constitutis erit relinquenda Brunnem. ad d. l.*

C

Non

Non obstat: quod Judex de competentiâ suâ ipse cognoscere possit: Non enim querimus, quid facere liceat, sed quid conducat; præterea ab exceptione incompetentia, ad exceptionem suspicionis non valet sequela. Nam alia plane est ratio in judge, cui exceptio suspicionis movetur, ac in eo, qui de sua competentiâ cognoscere debet. Quod ad hanc enim ipse judge sententiam ferre potest, quoties in dubium vocatur, & est ad istam quæstionem satis competens, quia de jurisdictione cognoscere, viæcum etiam in expensas condemnare potest, v. g. si Reus opponat exceptionem incompetentiâ, quia causa esset feudal, Judge, examinata causâ, eandem decidit, & reum fundatum reprehendens causam ad forum competens remittit, actorem vero in expensas condemnat. Per exceptionem suspecti Judicis autem reprehenditur & inhabilis redditur persona, & ad indignationem movetur, hinc Judge esse nequit, verendum enim, ne parti recusant noceat, cui nihil gravius accidere potest, quam sub Judge suspecto litigare *Gail. L. i. obs. 34. n. 4. 6. 7.* Uti vero judge, oppositâ hac exceptione, amplius officio suo fungi, adeoque cognoscere aut decernere nequit; ita nec eo in casu, ubi Actor ad jusjurandum perhorrescentia, allegatis justis causis, se obtulit & illud præstitit. Quicquid enim ex parte Rei oppositio exceptionis suspecti Judicis, id in Actori juramentum perhorrescentia operatur. *Rivin. Enunc. 3. ad Ord. P. S. T. 1.* Et quamvis hoc remedium *Domin. Sven-*  
*dend. in proc. Fib. p. 318. segg.* etiam Reo tribuat, uti formulæ ibidem præscripta demonstrant, magis tamen per *Brunn. in Pr. Civ. c. 23. n. 46. p. 237.* Actori, quam Reo competit, cum huic ordinarie, per exceptionem suspecti Judicis, abunde jam sit prospectum, hoc remedium autem ad extraordinaria per *Riv. d. 4. referatur, ad quæ per jura vulgata, non nisi deficientibus ordinariis recurrentum.* Et licet exceptio suspecti Judicis in eodem iudicio opponatur, non eadem tamen est ratio oblationis ad Jusjurandum perhorrescentia. Pro admissione enim ad hoc implorandus est Judge superior *Sven.* *d. 1.* & quidem statim in introitu litis, & antequam Judge inferior

inferior sit aditus. Cum enim Actor lite iam cœpta semel judicem agnoscit, eundem postea tanquam iniustum declinare nequit, nisi causa horroris & metus, lite iam motâ, demum exoriantur.

## S. XV.

Accedit ad hæc, quod causa non vice simplici aut per In causis, ubi modum restitutionis, aut appellationis, leuterationis, re- ob revocatione scindantur, aut querelâ nullitatis revocentur, aut alio modo conviti- do retractentur, & alius plane litis eventus, quam antea, andi occasio partibus contingat, per quod plebi, alias iniuriis & Judicii præbetur. bus infensæ, occasio convitiandi præbetur; quod Judicibus non tam perniciosum & opprobriosum erit, si per sententiam potius quam decretum rem, postea retractatam, antea deciderint.

## S. XVI.

Præterea quot causas decidet, tot inimicos experietur Ju- ubi ex ini- dex. Cz. L. 6. t. 10. R. 97-n. 2. cum semper unus sit conde- misis da- minandus; & quo majorem quis litigantium spem victoriae re- mnum metu- portanda fecit, eo magis fortunam ægre feret sinistram & in endum, dignabitur judici, haud raro opportunam expectans occasio- nem reddendi vicem lati decreti, & vindictæ cupiditatem in Judicem eiusque familiam effundendi; ad minimum ver- bis iniurius erit & quantum fieri poterit, estimationi ejusdem detrahere studebit; quam fortè plurima ex parte Judex effu- giet, si causam Collegio JCTorum decadendam tradat & sibi usque familiæ hoc modo prudenter prospiciat; licet expensæ hoc modo partibus fiant maiores, & hæc a Judice, in cause determinatione, electa via cum detimento quodam partis, à qua noxia metuenda, insistatur. Judex enim præcise non est obligatus ad decretum ferendum, & transmittens acta versatur in re licitâ, evitaturus damnum sibi aut suis immi- nens, ad quod declinandum à jure naturæ adstringitur, quip- pe quod officia commoditatis pariter & necessitatis erga alios observanda præcipit, quidni & multo magis erga se ipsum & suos? Præterea damnum quod ejusmodi periculosus litigans sua culpa sentit, per vulgatum, sentire non videtur. Et quo maior

major potentia in parte litigante extimescenda, eo diligenterem præcautionem adhibere & actorum transmissionem sux decisioni præferre debet.

## S. XVII.

*Quando pro  
Judece alias  
presumtio  
integritatis  
non militat.*

Abstinebit etiam judex a decisione prudenter, ubi aut ex opinione, quam penes vulgum haber, decretum ejusdem actis & legibus non consentaneum aut inconsideratum præsumi potest. Præcipue si aut affectus interdum astuentes in eo offendantur, aut eruditio ejusdem non sit satis solida, ad minimum per praxin non confirmata nec consumata. Jure-consultus enim ex Alberici Gentilis judicio, quod *Dn Barb. in pref. Hodeg. for. allegat*, quaunque etiam doctrina theoretica polleat, dimidiis saltem est *JCTus*, & uti *idem ibid. ex Carpzovio loquitur*, qui non est practicus, ad gubernandum plane est inhabilis. Qualis autem *Judec* creditur, tali etiam judicium de facto ejusdem feretur. Quibus cavillationibus maxima ex parte obviandum quando, decisionem alias relinquit.

## S. XIX.

*In crimina-  
libus plane  
non decernat  
nisi in levio-  
ribus.*

Sicuti vero in Civilibus judici regulariter decernere licet, & prohibito ad casus exceptos saltem est restringenda: ita in Criminalibus res longe aliter se habet, quippe in quibus haec licentia ad causas leviores, ubi forsitan relegatio, detentio in carcere, aut mulieria indicitur, est applicanda, *Carpzov. Pr. Crim. p. 3. qu. 116. n. 28. Berg. Oeon. Jur. p. 31. Svend. ad Fibig. p. 793. Barb. in Hodeg. For. p. 306.* in gravioribus autem res aut ad Collegium *JCTorum* aut ad Superiorem est deferenda, prout sanctum in *O. Crim. a. f. Menck. in Tab. Syn. Confiliis ta- ff. de sent. que sine app. ref. p. 712.* Tutius autem est etiam in mens etiam levioribus acta transmitti *Carpz. d. l.* Licet enim prædictæ in levioribus penæ, cum coercitione majorum delictorum comparata, minoris momenti esse videantur, in se tamen consideratae non leve præjudicium Reis inferunt; relegati enim uxore, liberis, amicis, juribus civitatis & commoditatibus ex usu rerum suarum resultantibus, incarcerated autem jucundo exercitio libertatis carere necesse habent, fama insuper quorumvis

rumvis ex crimine quoconque condemnatorum lassionem penes probos & honestos viros patitur. Ut adeo maxime opera & pretium sit, etiam hisce in casibus peritiores, circumstantias ad defensionem Reorum facientes forsitan accusati perpendentes, consultare, in primis cum praejudicium semel allatum, non tam faciliter negotio sit removendum, & licet quis in integrum ratione famæ, plenissimâ ex gratia, quæ tamen non nisi urgentibus prægnantissimis causis fieri debet, restituatur, tamen per *Everb. Conf. 39. Vol. 1. S. 45. & 46.* ejusmodi homo apud bonos semper reputetur pro eo, qualis est.

## §. XIX.

In gravioribus vero, uti dictum, judex plane non de-  
cernat. Exigit hoc non tantum ordinatio criminalis pluribus LE. pro-  
mis vicibus art. 91. 147. 150. 151. 160. & art. ult. sed & constituti-  
tiones Principum hujus vel illius regionis hoc quam maxime cre-  
tum. inculcant. Sic in ditionibus Saxon. extant *Re script. El. de an-*  
*no 1579. Ordinat. Pol. de anno 1612. ibi sowohl ic. Re scrip. El. ad*  
*Scabin. Lips. de anno 1622.* Et in Elect. Brandenb. habetur *Const.*  
*El. in Reces. de anno 1611. iii. 1.* his verbis: so hat sich jeder ic. billig  
in allen und jeden peinlichen Sachen der rechtlichen Belehrung  
und Urtheil hinsuþro zu erholen. *Brunnem. in Proc. Inquis. c. 8.*  
*eiusque membr. 4. n. 5. p. 145.* Et tantum abest, ut judicibus  
in Criminalibus pronunciare sit permisum, ut potius illi,  
qui nomine Principis jurisdictionem administrant, sicut plu-  
rimis in locis introductum, sententias, à Collegio J Ctorum  
in Criminalibus impletatas, signatas adhuc & sigillo clau-  
fas ad cancellariam Principis mittere teneantur.

## §. XX.

Nec immerito in causa tam gravissimi momenti, ubi *Ob rei gra-*  
non de glande legenda aut alia re futili, sed de conservanda *vitatem.*  
securitate publica, de sanguine humano & fama, quæ  
cum vita pari passu ambulare dicitur, agitur, cura & indu-  
stria adhibetur omnis. Efflagitat hoc practica *Const. Crimin.*  
*art. 150, in verb. fin.* Wenn zu grossen Sachen / als zwischen dem  
gemeinen Nutz und Menschen Blut zu richten / grosser ernstlic-  
her

cher Fleiß gehöret und angekehret werden sollt. Exulare debet omnis intempestiva severitas & lenitas, sed suum cuique, & quantum quisque promeritus est, nec plus nec minus attribui fas est. Hoc autem difficillimum quid est. Non omnium enim delictorum poena nominatim sunt statuta per Ord. Cr. art. 105. nicht alle zufällige Erklänniss und Straff in dieser unserer Ordnung mōgen gnugsam bedacht und beschrieben werden ic, quia singulæ singulorum maleficiorum species variant pro qualitate circumstantiarum, pœnam aut minuentium aut aggravantium, & judicis tunc arbitrio est relictum, quod certa lege non est definitum. Carpzov. Pr. T. 8. a. 2. n. 44. Ubi judicis est, ut juris L. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manum. Nov. 82. c. 3. & æquitatis L. 90. ff. de R. J. habeat rationem, ita, ut in re dubiâ benignicrem interpretationem sequatur L. 192. §. 1. ff. de R. J. & in obscuris inspiciat, quod verisimilius est, l. 114. de R. J. judicet non secundum verba, sed mentem legis l. 8. C. de Jud. prudenter æstimet, quantum sit probatum. Inferere enim sèpius debet rations decidendi, seu omnia indicia, quibus ad imponendam v. g. torturam movetur Brunnem. in Pr. Inquis. c. 8. membr. 5. n. 35. p. 158. ut Reus aut Defensor de probatione certus esse possit; Judex autem non probans sufficientia adfuisse indicia, injuste tormenta intulif-  
*Cui sepe nu-se præsumitur Carpz. L. 2. s. 5. Resp. 63. n. 16. adeoque conve-*  
*mero inferi-niri potest Carpz. dec. 188. n. 24.* Hisce vero circumstantiis  
*ores Judices exactè ponderandis & excusse discernendis non ubivis in ju-*  
*nior respon-diciis reperitur par copia JCTorum per O. Cr. art. 146. in verb.*  
*jedoch haben solche Fälle zu Zeiten gar subtile Unterscheid / die*  
*den gemeinen Mann / so in den peinl. Gericht sîzen/ verständlich*  
*oder begreifflich nicht zu machen seyn.* Quotus quisque enim  
*est, qui nesciat, jurisdictiones haud raro exerceri, aut ab uni-*  
*co Præfecto aut Administratore, tunc per Carpz. Pr. T. 16. a. 1.*  
*n. 26. uni soli tuto non fidendum, cum nemo sit hominum,*  
*qui non aliquando ex errore aut affectibus impingat; aut à*  
*pluribus quidem, sed haud raro mechanicis, aut in causis*  
*judicialibus parum exercitatis, & tam legum, quam rerum*  
*forensium parum ignarus, qui aut omnes minus considerate*  
*suffra-*

suffragia sibi invicem conformant, aut in diversas abeunt quidem opiniones, sed collisionem earum in absolvendo aut condemnando prudenter conjungere nesciunt, id quod per Hub. in prael. ad ff. T. de re jud. pos. 18. p. 385. inter res admodum dubias & arduas viresque haud paucorum exsuperantes est referendum. Et licet judicia viris honestis, prudentibus & numero sufficientibus sint constituta, rectius tamen iidem faciunt, si torius collegii juridici vota & judicia requirant: Præcipue cum per Carpzov. d. l. non imbecillitatis, sed prudentiæ argumentum sit consulere alios & ex plurium suffragiis, quod melius & æquius est, statuere.

## §. XXI.

Præterea plerumque proceditur per modum inquisitio-*Abstine-*  
nis, ubi Judex Actoris vices sustinere necesse habet, ideoque *at etiam*  
non etiam judicis officio fungi nec de suis factis commode *quia actoris*  
cognoscere potest. Ea enim quæ forsitan omisit, in decer vices *susli-*  
*nendo* vix supplebit, nec, quæ impertinenter adjecit, remo-*net*, & de  
vebit; docent hoc partim acta sacerdissime cum sententiis, *in proprio facto*  
quibus supplementum ante omnia injungitur, revertentia *judicandum*,  
partim ineptis & inutilibus circumstantiæ refertæ petitiones  
sententiarium de quibus queritur Brunn, in Pr. inqvis. c. 8. m.  
4. n. 7. p. 146. ad quas sine dubio Judex, si decretum conci-  
pere licuisset, respexit, & ex hisce falsis præsuppositis &  
narrationibus rem decidisset. Nihil autem refert, an trans-  
mittantur acta in Collegium JCtorum, an ad Principis Can-  
cellariam; & præscriptum est in Sax. Praefectis: daß sie wegen  
der Gefangenen Bescheid oder Rechthens sich erholen sollen. Ele-  
ctio etiam Collegii penes Judicem est: Non tamen penitus  
negligatur petitio & electio delinquentis; ob favorem enim  
detentionis aliquid precibus ejusdem dandum, præcipue si  
eroget sumptus & subterfugia aut protelationem non quarat,  
*art. ult. Conf. Grim.*

CAP.

*Interim in  
ipsius arbitrio est, acta  
mittere quo-  
cunque velit,*

## CAP. III.

*Investigat: quomodo iudex se gerat, si id, quod transmissionem, decisi loco, sequitur, erroneous deprehendat.*

## §. I.

*Qv. an publicare & exequi debeat* **C**ingimus nunc nos investigandæ questioni, an iudex, si in prædictis & aliis casibus consilium, decisum, aut rescriptum consequatur, quod erroneous deprehendit, procedere, hoc est illud publicare & exequi debeat? si sum, quod sive informationis gratia petitū sententiam res est clara & erroneous extra omnem dubitationis aleam posita, quod tunc pro lubitu, aut observando aut rejiciendo eadem, procedere possit, uti supra deductum.

## §. II.

*Agendum 1.) Quando autem litis decidenda gratia acta sunt transmisse sententiis sa, altioris indaginis est, & ante omnia dispiciendum: an sive sint civi-publicare, quod consecutus est, debeat? Dicamus primum les s. crimi-de sententiis, non adhibito discrimin'e, sive sint civiles, sive nales, an eas criminales, cum utrarumque eadem sit ratio, postea de Redem publi-scriptis.*

## care debeat.

*Videtur ali-* Primo intuitu affirmandum videtur, quod iudici quam *is, quod sic, &* maxime sententiam, transmissionem actorum secutam, partibus publicare incumbat, quæcumque illa sit, sive veritate & justitia, sive errore nitatur. Ajunt hoc affirmantes: quod 1.) iudex decreverit acta transmittendo, decisum aliunde expectare; quod decretum iterum mutare nequeat l. 55. ff. de re iud. cum & ejusmodi resolutiones judicium sententiarum vim habeant. *Dn. Ludov. in pr. Civ. t. 25. p. 211. 2.)* frustra iudex expectaret decisum, nisi & publicare destinaverit, ab actoribus autem frustraneis abhorrent jura & per consequens etiam iudices. 3.) Eset sententia, quia petitio ejusdem, die Urthelso

Urthels Frage / sit pars aetorum , hisce inferenda , nisi haec  
mutila & manca fieri deberent , adeoque & publicanda . 4.)  
Partes jam haberent jus quæsumum , quod ipsis invitatis , non  
posset auferri . 5.) adfit sententia , quæ esset irrevocabilis at-  
que incorrigibilis Cz. pr. Crim. p. 2. qv. 61. n. 63. 67. Huber. in pre-  
lect. ad ff. de re jud. p. 396. §. 42. hinc publicatio ejusdem non  
evitanda , 6.) Postularet id praxis quotidiana , testante Dñ.  
Lud. in Pr. Civ. c. 24. n. 26. p. 207. ubi simul Judex securus faciens  
arbitrarie puniendus .

## §. IV.

Sed haec pro affirmativa adducta nos movere posse non Examinan-  
videtur , ut calculum adjiciamus . Quoad 1.) enim procul du- tur rationes  
bio Judex intendet decisum justum ; si vero erroneum con adductæ sin-  
tra intentionem consequatur , non dici poterit , decreto suo gule & refu-  
contravenisse , si publicatio intermittitur . Præterea Lex ad tantur ,  
ducta ss. de re jud. loquitur de sententiis definitivis ,  
post eas enim definiti judex esse judex , non vero post inter-  
locutionem , pro qua ejusmodi judicis decretum est accipi-  
endum . Hinc immutabilitas tantum sententiis definitivis  
proprie competit ; Non omnis enim vox judicis est immu-  
tabilis sententia , nec auctoritatem judicati continet Ziegel. in  
inrod. ad Proc. Sax. c. 14. §. 6 p. 59. ibique alleg. l. 7. C. de sent.  
& interl. In primis ejusmodi decreta & resolutiones interlocu-  
toriaz nec nomine sententiarum stricte sic dictarum l. 3. §. 1 ff.  
de offic. pref. vig. l. 19. ex quibus caus. inf ff l. 2 ff. de appell. rec. quippe  
qua causa controversæ decisionem continere debent , nec ea-  
rum effectu seu immutabilitate & incorrigibilitate l. 14. ff. dere  
judic. Huber. in prol. ff. de re judic. 41. in fine p. 396. gaudent , sed  
potius lite finita , per appellationem interpolitam , quippe  
quausque ad sententiam definitivam differenda erat , l. 16.  
C. d. judic. l. 36. C. de appellat. demum revolvi & sub ex-  
amen de novo revocari possunt ; quod fieri haud licet , si in-  
terlocutiones in rem judicataam transirent , & mutationem  
non patarentur L. 7. C. quorun appell. non recip. Sunt equi-  
dem , uti praxis terra Sachonicae aliorumque judiciorum ho-  
dierna , & data appellandi & leuterandi licentia confirmat ,

D

casus

casus , ubi interlocutiones , sive simplices , articulum incidentem saltem determinantes , sive mixtae , quæ indirecte causam principalem , vel ex toto vel ex parte definiunt , v. g. quando injungitur juramentum suppletorium , aut purgatorium , vires rei judicatae consequuntur & mutari nequeunt . Huber. in perel. ad Tit. ff. de re judic. pos. 10. 11. 13. p. 383. quales etiam Brunnem. in proc. Civ. cap. 27. §. 4. p. 248. recenset , quando nimurum personæ litigantæ sufficienter sint auditæ , ab his principaliter punctus controversiarum discussus & post plenariam causæ cognitionem decisum est datum , adeo , ut nec postea per appellationem a sententia definitiva interpositam revolutio amplius locum habeat . Brunn. in pr. Civ. c. 27. n. 68. sed de his sermo jam non est . Litigantes enim in causa , quæ solum transmissionis punctum & petitionem decisi attinet , vix erunt tam prolixii , adeoque nec judex suo decreto , quando circumstantiarum ratio aliud urget , tam firmiter stare necesse habet , nisi illi ita voluerint , ut sententia , qualis quæ illa sit , publicetur . Et fac , litigantes de transmissione esse auditos , & judicem , causa cognita , eandem decrevisse , nihilominus a publicando , pro qualitate negotii , abstinerre potest . Decreto enim per subsecutam transmissionem jam satisfecit , ab eo autem , ad publicationem sententiarum erronearum , non valet sequela , cū non præsumatur tam proclivis ad publicandum , uti ad transmittendum . Non enim idem ex transmissione , quod ex publicatione , judicii nascitur præjudicium . 2.) Judex sententiam erroneam non publicans actum frustraneum , in expeditando seu expetendo sententiam , commissæ dici non potest . Non enim expetiit sententiam injustam aut erroneam sed Sententionantes commiserunt actum frustraneum , dum tulerunt sententiam , quam judex non petiit , & Judex , publicando eandem , pariter actum frustraneum non tantum , sed & partibus perniciosum esset continuaturus . Reætius igitur a publicatione tanquam actu magis frustraneo & nocivo abhorrebit . 3.) quod attinet , à literis , quibus petita fuit sententia , von der Urvhels-Frage / ad sententiam ipsam , tanquam ab antecedente ad consequens , non valet sequela . Curret

ret modo Judex per Registraturam acta perlustrantibus innotesci, se resolutionem suam, in expectando sententiam aut publicando eandem, non sine causa mutasse, tunc quilibet cognoscet, non esse necesse, ut missiva causa sententia afferatur, aut, si acerrita sit & actis insuta, publicetur, nec per separationem ab actis hujus sententiaz aut intermissionem publicationis, intercedit mutilatio, aut privatio rei, quæ adesse debebat. Negatur enim, erroneam sententiam adesse aut publicari debere. In primis, cum quoad 4.) partibus non præjudicetur. Non habent enim jus quæsitum, sed offert se in justitia non quæsita, evasura demum, cum præjudicio litigantium, in jus & veritatem per publicationem & rem judicatam L. 25. ff. de stat. hom. E. 207. ff. de R. J. Nisi partes, uti si p̄pius monitum, compromittendo sententiaz stare voluerint, tunc enim judex publicationem ejusdem, qualis qualis illa sit, denegare nequit. Aequo minus s.) locus Carpzovii & Huberi, & ab immutabilitate sententiarum de promta ratio publicationem necessitant. Loquuntur enim JCti ibidem de sententia publicata & quæ vires rei judicatae est consecuta; ea maxime est incorrigibilis, ante pronunciationem autem, sententia nec nomen sententiaz meretur, nec attributo ejusdem gaudet. Zieg. inrod. ad Pr. Sax. cap. 15. §. 1. & 11. Praxis tandem 6.) ad quam provocatur, nobis non est contraria, constans enim ejusdem observantia, nondum est probata. Potius præter Brunnemann. in Pr. Civ. c. 27. p. 250. Dn. Rivinus nobis ad stipulanten Praxin afferit, corroborando simul præjudicio suum Enunciatum quum ad O. P. S. Tit. 34. in quo, qvod petitam a JCt. sententiam ante publicationem Judex ab actis removere possit, si modo non fiat ex singulari erga unam litigantium partem favore, in odium alterius adstruit. Ad hæc, praxin si excipiamus, Dn. Ludov. c. l. magis consentientem quam dissentientem habemus, quippe qui Brunnemanni allegati opinionem hisce verbis: so ist sols die Meynung / wenigstens nach der Praxi nicht gegründet / extra praxin igitur fundamat; putat arbitaria etiam poena, judicibus juxta eundem dictanda, forsitan applicanda erit

in casu a Dn. Rivino supra allegato , aut ubi Judex non fundatas recedendi a petita sententia rationes habet,

## §. V.

*Hinc placet* Validiores nobis videntur rationes Judici a sententia er-  
stauere quod ronca ante publicationē recessum suadentes. Litigantes enim  
liceat non pu-expectant a judice justum, non vero iustitiam & veritatem  
blicare erro-adversans decisum ; de hoc enim litigant ut causæ suæ con-  
neam senten-troversæ legitimam, h. e. actis & legibus conformem pro-  
tiam, nunciationem consequantur. Judex obligatus est tam ex-  
Non respon-terne, per promissionem Superiori datam, quam interne, in con-  
detenim sen-scientia, ad juste agendum & procedendum , sive hoc fiat ad-  
tentia erro-hibito sive omisso JCtorum & Superiorum Consilio; illo in  
nea fini lit-casu æque minus ab obligatione liberatur ac in hoc Judici  
gantium, enim, non illis, quos consuluit, imputatur; quia horum con-  
nec officio filium pronunciando approbat & pro justo venditavit. *Brun-*  
*Judicis.* *nemann. Pr. Civ. c. 27. n. 11. p. 251.* Pronunciatio præterea pro  
nec requisitus requisito habet, ut si legitima l. i. l. 14. ff. de re Jud. quam  
sententia, præcedat plenaria causæ cognitio l. 7. C. de sentent. & interl. Cz.  
*Proc. Tit. 16. a. 4. n. 44.* Quomodo quæso huic expectationi  
litigantium, officio & conscientiæ judicis, & requisitis tandem  
sententiæ satis fiet, si Judex errores pro juribus publicet, pro  
justo pronunciet, quod ipse tanquam justum non agnoscit;  
& ad pronunciandum properet, ubi errores, ceu testes rei non  
satis discussæ & cognitæ, nondum sunt remoti. Et cum læ-  
siones proximi, ut & actiones contra conscientiam rectam aut  
dubiam & scrupulosam suscepctæ peccatum involvant, non  
video, quo jure Judex ad Publicandam sententiam, quam  
falsam & erroneam deprehendit, consequenter ad peccatum  
committendum adigi queat. Regeris: qui Peritiores consu-  
luit, & eorum consilium & judicium securus est, nihil libidine  
injuria, aut pro affectu fecisse dicendus. *Brunnen. Pr. Civ. c. 27,*  
*p. 251.* Sed hoc sufficienter non excusat, dispositio juris  
enim efflagitat, ut judex, quando Peritiores consuluit, ipso-  
rum Consilium diligenter legat & accurate expendat, ac dispi-  
ciat: an sibi expedit, illud sequi, nec ne c. 7. X. de Arbitr. l. 2.  
in fin. ff. mandat. Frustranea esset eadem dispositio, frustra-  
neus

Obj.

Resp.

neus etiam providus hic judicis labor, nisi liceat a sententia, quam ex diligentí lectíone erroream invenit, ante publicationem recedere, eandemque corrígere & emendare; post publicationem enim res non amplius est integra. Adstipu-  
*Affensus*  
lantur nobis opinioneſ JCtorum; Sic Zieg. in introd. ad Proc. JCtorum,  
e. 14. n. 20. ex Berlich. p. 1. concl. 59. n. 25. statuit: Judicem  
a Collegio juridico sententiam petitam non teneri sequi & pu-  
blicare, sed posse aliam, etiam contrariam, ferre. Non enim a  
Collegio, sed judice sententiam publicante autoritatem & va-  
lorem eadem consequitur. Sic Mev. p. 2. p. 280. Judicem sen-  
tentiam ex Confilio JCtorum latam corrígere & emendare  
posse. Sic Brunn. d. l. p. 251. cautelā loco commendat, ut Ju-  
dex non tantum sibi rationes decisionis, separatim in chartam  
conjectas, a Collegio cum sententiā sibi expetat, sed &, actis  
apertis & resignatis, jubeat discedere litigantes, & sententiam  
perlegendo dispiciat, an dictum legitimate sit latum? ut depre-  
henso errore, ante publicationem emendatio suscipi queat,  
ne erronee latam publicando approbet, item suam faciat, &  
de Syndicatu teneatur. Acclamat etiam nobis, uti jam dixi-  
mus, praxis & experientia. Et si judex, uti negandum non  
est, in omissis accessoriis, sententiam post publicationem eo-  
dem die supplere potest, Brunnenm. d. l. c. 27. n. 61. p. 265. Berg.  
Oecon. jur. p. 1040. not. i. imo nisi ad intercessu teneri velit, de-  
bet, Zieg. in introd. ad Pr. Sax. c. 14. §. 22. p. 60. quidni & ante  
publicationem correctionem curet?

## S. VI.

Partibus insuper per providum hunc judicis procedendi utilitas par-  
modum, ex officio suscepturn, magis consulitur, quam si iustum promo-  
necesse haberent, aut remedia interponere & non sine tem-  
vetur ex o-  
poris & expensarum jactura correctionem postea expectare, missa Publ.  
aut præjudicium, interdum non sine dispendio causæ, pati.  
Accidit ejusmodi infelicitis eventus casus, coram Judicio Len-  
genfeld. in causa injuriarum W. contra P. ubi Sententionantes, *Illuſtr. caſū*  
quamvis Actor expresse petiſſet, ut, si Reus libellata negaret, de-  
nominati testes examinarentur, nihilominus reo præstationem  
juramenti, licet nemo detulisset, injungebant, simulque ex-  
onera-

onerationem conscientia per probationem permittebant. Iudicium sane officio suo bene functum fuisset, si sententiam hanc non publicasset, sed potius iterum transmisisset, ut injunctio jurisjurandi aut probationis conscientia cessaret. Sed publicabat, & Reus defensione conscientia pertulit fregit, sententiam non suspendebat. In termino autem, ubi pro exoneranda conscientia denominati & producisti testes examinarentur, Actor errorem demum in actis deprehendens, contra examinis actum protestando appellabat. Facta relatione ad Superiorem, exoneratio conscientia per testes Reo denerabatur, annexa ratione: quod in causis injuriarum, ob publicatum sic dictum Duell-mandat, ejusmodi processus ambages non admitterentur: ex quo fiebat, ut Reus plurima ex parte postea facta libelli, quorum maxima pars menti exciderat, jurejurando declinare habens, succumberet, quod neutquam factum fuisset, si parti libellata per testes demonstrare licuisset & judex sententiam erroneam non publicasset, sed iterum ita, ut Actori negatorum demonstratio injungetur, corrigendam transmisisset.

## §. VII.

*Sed quid faciat? Sic licebit Judici, ante publicationem, a sententia erroris? Judex sine auctoritate, sive causa sit civilis, sive criminalis, recedere & aut a collegio non publicetur? legio, sive in quo fuerunt acta antea, sive alio, rem aliter decidendam curare, aut in civilibus aliud decretum ferre; nisi declarationem tantum desideret, que a collegio decidente petenda Dn. Lud. Pr. Civ. p. 220. Si altera sententia etiam videatur erronea, aut Judicem dubium magis quam certum reddat, denuo acta erunt transmittenda, aut, præcipue si causa sit criminalis, a Principe informatio petenda, quamnam sententia sit publicanda?*

## §. IIX.

Sic notatu dignus admodum casus, in Judicio quodam cuius administratio a Dno. Jurisdictionis Authori Diff. hujus postea concredata copiam perlustrationis actorum judicium concessit, non multis ab hinc annis extitit, quem, cum non parum tam ad illustrationem, quam probationem jam dicitorum

*Illustratio  
afferti per  
casum.*

Etorum faciat, recensere libet; ita tamen ut nec Judicij nec Dicasteriorum nomina exprimamus, ne existimationi cuiusdam quicquam aut detrahere, aut addere velle videamur. Vinculus quidam rusticus, ab altero, in via circumsepta, per eversio- nem perticarum & usurpatum exercitium viæ turbatus, turbato- rem qui erectionem earundem impedire conabatur, palo quo- dam ita feriebat, ut percussus nonnullos post dies decede- ret. Percusso, inquisitione peracta, defensione sua auditus, con- tra Collegia B. protestabatur & petebat ut acta ad dicasterium C. mitterentur, appellans simul ad Superiorem, nisi petitio suo deferretur. Judicium, condescendens in desiderium In- quisiti, consultabat Scabinatum C. ex quo acta hacce senten- tia absolvitoria revertebant: Daß Inquisit, gestalten Sachen und Umständen nach / von der wider ihn angestellten Inquisiti- on zu entbinden. Er ist aber die Unkosten zu verzeihen schuldig. Judex hanc justo mitiorem & erroneam sibi visam sententiam non publicabat, sed acta sine eadem, in Facultatem B. non obstante Inquisiti protestatione & appellazione, transmitte- bat, prospiciens sibi registratura quadam, quod nimurum, post aetorum remissionem, relatio ad Superiorem, si neces- sitas & qualitas futura sententia id ferat & efflagitet, fieret. At Facultas B. non decidit, sed interloquitur, quod ante o- mnia adhuc semel de lethali vulneris in alia Facultate Medica cognosceretur & formula jurisjurandi, a Medico & Chirurgo sectioni exhibito praestiti, actis infereretur. Percus- sio enim a Facultate Medica B., ex fundamentis, qua Medicus & Chirurgus in attestato sectionis & inspectionis adduxerant, judicata fuerat pro lethali, Inquisitus autem contra lethaliatem, sectionem, attestatum & sententiam Facultatis Medicæ B. non nihil protulerat. Acta hinc inde Collegio Medico D. transmittebantur, quod vulnus pro per se & simpliciter lethali agnoscebat, Medic. v. & Chirurgum vero omnis culpæ expertem pronunciabat. Unumquodvis horum pronuntiatorum Medicorum actis quidem adjiciebatur, non vero publicabatur, sed potius a Facultate Juridica B. iterum sententia expetebatur; qua pœnam homicidii ordinariam gladii

gladii Inquisito dictabat; Jūdex, duas sententias totō cœlo  
 differentes, unam absolvētēm, alteram ultimo supplicio  
 damnantēm, prāter omnēm opinionēm, sic naētus, confir-  
 mabatur quidēm, quod priorem non frustra nimis mitem ju-  
 dicasset, sed posterior contra nimis dura & rigorosa videba-  
 tur, dubius plane simūl redditus: quamnam ex binis publi-  
 caret? Referebat hinc ad appellatiōnēm Inquisiti universam  
 causam, adjectis actis integralibus, Principi, resolutionēm  
 ejusdem expectans. A Reginīne postquam illud à Scabinatu  
 C. rationes sententiæ latæ absolvitoria impetrari curavera-  
 tūr, missio aētorum cum hīc rationibus Scabinatus C. quarum  
 potissima in eo erat posita, quod perpetratūm homicidium  
 pro doloso non sit habendūm, sed Inquisitus vim turbati-  
 vam tantum repellere, jure permittente, conatus fu-  
 isset, in Facultatem juridicam D. per Rescriptūm judicio injun-  
 gebatur, ita ut sententia obtenta cum actis ante expeditio-  
 nem in Reginū iterum mitterentur. Quo factō, Serenissi-  
 mus approbans tenorem dictæ sententiæ Facultatis D. quæ  
 probationem inculpatæ tutelæ per torturam, interloquendo,  
 exigebat, ejusdem Executionem mandabat, nisi Inquisitus  
 defensione sua amplius audiri velit. Inquisitus, qui hac-  
 enus, ob concessum salvum conducedūtūm specialem, in liberta-  
 te, extra squalorem carceris, constitutus erat, nunc vinculis  
 injectus, haud vice simplici, petit publicationem sententiæ ex  
 scabinatu C. jam dudum impetratæ, sed frustra; id quod et  
 am supplicib⁹ precibus coram Superiore, ast itidem frustra-  
 neo conaru, repetebat, sed potius contra sententiam  
 D. defensione auditur. Qua tradita petit, ut ad defensio-  
 nem in Facultate E. cognosceretur, gravissime denegatam  
 sententiæ C. publicationem in déductiōne conquerens. JCri  
 E. loco torturæ corporalis injungunt spiritualem, simulque  
 dimissionem ex vinculis & detentionem inquisito conceden-  
 dam esse pronunciabant, qua publicata & jurejurando præ-  
 fito, Scabinatus B. qui antea rōndūm in hac causā pro-  
 nunciaverat, transmissis actis consultur; qui à pœnā homici-  
 dii ordinariā, propter Jurisjurandi p̄fstationēm, Reum absol-  
 vit

vit, relegationem tamen perpetuam ut & refusione ex-  
pensarum, quia forsitan moderamen necessaria defensionis  
non satis probatum videbatur, injungebat. Sed hæc sen-  
tentia publicanda non erat. Transmissione enim actorum  
jam suscepta, Reus demum in scriptis rationes, propter quas  
ab expensis se absolvendum putabat, deducens petit, ut ite-  
rum Facultas E. in causa decideret, annexa provocatione  
ad Superiorum in casum denegati petiti. Cum igitur acta  
ex Scabinatu B. redirent, Judex eandem cum literis refutato-  
riis, ad appellationem conceptis, Principi mittit, qui defe-  
rens petitio Inquisiti transmissionem actorum in Facultatem  
E. probabat. Ex qua redibant acta cum sententia, quæ In-  
quisitum, ob moderamen inculpatæ tutelæ, per jurisperan-  
di realem præstationem, probatum, ab inquisitione, & ex-  
pensis, exceptis iis, quæ ante sententiam C. factæ  
erant, absolvebat, in reliquas vero ut & omnia inquisito e-  
nata damna Dn. Jurisdictionalem ejusque Justitiarium con-  
demnabat. Et quidem hanc ob rationem, quia sententiam  
C. non publicasset, sed ante relationem ad Superiorum  
factam, ex Facultate B. aliam periisset, & per hoc expensis  
& damnis causam dedisset; simulque sub poena multæ aut  
pro qualitate negotii, privanda jurisdictionis, ejusmodi pro-  
pria autoritate in posterum suscipiendam sepositionem sen-  
tentiarum prohibebat. Judicium nihil minus, quam sen-  
tentiam contra se latum iri, timens, dubitabat eandem non  
speratam publicare, sed potius, allegando rationes ex actis  
culpam & dolum removentes & remotionem ad interim  
& ad tempus juste factam fuisse docentes, informationem  
contra dictam sententiam a Facultate juridica B. petebat,  
quæ hujus tenoris sequebatur: Ist wieder N. N. wegen der  
an N. verübten Entleibung mit der Inquisition verfahren und  
auf seine übergebene Defension in Actis fol. 152. b. ans-  
fänglich daß Inquisit gestalten Sachen und Umständen nach/  
von der Inquisition zu entbinden jedoch die in dieser Sache  
ausgewandten Uukosten zu erstatten schuldig erkannt worden. All-  
dieweil aber dieses Urtheil auzugelinde zu seyn geschienen / hat

E

mann

man die Acta anderweit zum Verspruch Rechtern verschickt / da  
denn zuvörderst / ob die an N. befundene Beschädigung vor und  
an sich selbst / schlechter dings vor vordl. zuachten / bey einer Me-  
dicinischen Facultät ein Bedenken einzuholen / und als solches  
erfolget / auch die Verwundung absolute vor Iethyl darinnen  
gehalten / auf die Todtes Straffe / gleichwohl nachgehends / daß  
Inquisit, über gewisse Umstände / von den Schaffrichter mit de-  
nen Daumenstichen anzugreissen / und weiter / daß er sich eydlich  
reinigen solte / interloquiret / und endlich derselbe nach geleisteter  
Reinigungs Eyde / gängl. absolviret worden / welche absolutoria  
zugleich mit dahin gehet / daß der Inquisit die aufgewandten Un-  
kosten weiter nicht / als bis zu dem Urtheil / darinnen er schlechter  
dings von der Inquisition losgezählet / abzustatten / die übrigen  
aber der Gerichts-Herr und Gerichts-Bewalter zutragen / diese  
auch / dem Inquisito, alle / durch die wiederrechtl. Begne-  
hung der Sentenz / durch welche er pure absolviret / von Actis,  
verursachte Schäden und Unkosten zu verstatte / auch künftig / der-  
gleichen wiederrechtl. Begnehung der Urtheil / bey Straße  
einer tapffern Heil. - Busse / oder nach Gelegenheit / der Einzie-  
hung der Gerichte / sich gänglich zu enthalten verbunden sey. Und  
entſchehet dahero die Frage / ob gestalten Sachen nach es darben  
zu lassen / oder nicht ? Ob nun wohl angeführt wird / daß offter-  
wehntes Urtheil / welches Inquisiten bloßer Dinge von der Inqui-  
sition entbunden / zur Ungebühr von denen Acten genommen /  
und ohne Erstattung eines unterthänigen Berichts / auch Er-  
wartung gnädigster Resolution darauf / mit anderweitiger  
Versetzung der Acten verfahren / hiedurch die Sache weit-  
läufiger gemacht / und Inquisit in Schaden gebracht worden.  
D. a. u. d. wenn in dergleichen wichtigen peinl. Inquisition Sa-  
chen / wie allerdings die gegenwärtige / auch dem Unter-Richter /  
das eingelangte Urtheil alzugelinde zu seyn scheinet / derselbe zu Be-  
rufung seines Gewissens / sich darüber anderweit rechtl. infor-  
miren lassen mag / ungeachtet ihm / wenn zwey einander zuwieder  
laufende Urtheil einkommen / eines oder das andere / nach eigener  
Witkühr / zur Execution zubringen / nicht frey steht / sondern da-  
von an hharen Ort zu berichten / und Befehl darauf zu erwarten /  
obliget /

obliege / alhier auch die Sache / als welche Menschen-Blut betrifft von der größten Wichtigkeit und darneben dermassen zweifelhaft / daß da sie in andere Rechts-Collegia gekommen / ganz unterschiedl. und endlich dennoch auf einen Reinigungs-Eyd erkannt / auch mit eines und des andern Vollfreckung zur Ungehörigkeit nicht geerlet / vielmehr von höhern Orten Verhaltungs-Befehl eingeholet und Inquisit weiter mit seiner Nothdurft gehöret worden. So ist auch der Gerichts-Herr und Gerichts-Verwalter gedachter massen / die Unkosten zu tragen nicht / sondern der Inquisit selbige allein zu erstatthen schuldig ; wie denn jene ebenmäsig mit einer so harten Verwarnung nicht anzusehen gewesen. Judicium , hacce ex voto sequuta informatoria , Serenissimum adit & rationes suas ulterius deducendo , remotionem sententia E. & transmissionem actorum in aliud Collegium submissis petit , & impetrat ut a Regimine acta in Collegium exterum omnis partialitatis expers mitterentur , quo facto sequebatur ex Facultate juridica F. hæc sententia : In Inquisitions-Sachen N. N. das von der Juristen Facultät E. wieder N. N. und seine Gerichte daselbst ausgesprochene fol. 263. befindl. Urteil betreffend ic. wird nach eingeholten Rath auswärtig unpartheiischer Rechts-lehrten vor Recht erkannt : Dass zwar erst besagtes Urtheil/quoad punctum absolutionis ab inquisitione , bey denen Actis zu lassen / übrigens aber quoad reliqua contenta solches als null zu declariren und in Gegentheil Inquisit in alle auf diesen Inquisitions-Process verwendete Unkosten zu condemniren / und der Gerichts-Herr gestalten Sachen nach / allerdings darmit zu verschonen ; additis rationibus : Was den Punctum absolutionis ab inquisitione anberiffst / solches ist in dem erst angezogenen Urtheil justissime erkannt und ausgesprochen worden : Denn nachdem Inquisit den ihm fol. 234. seqq. zuerkandten Reinigungs-Eyd wirklich abgeschworen und dadurch die vorgeschätzte Nothwehr nunmehr völlig erhalten / hat er nothwendig von der wider ihn angestellten Inquisition entbunden und absolviret werden müssen / dahero denn auch solches für Rechts-beständig angenommen / und in soweit bey denen Actis gar wohl gelassen werden kan. Unbelangend aber

das übrige / so in eben diesem Urtheil weiter ausgesprochen worden (dass nehmlich) Inquisit die auf diese Inquisition ergangene Unkosten weiter nicht / als bis auf das C.ische Urtheil / wie selbe Aet. fol. 150. & seqq. liquidaret und moderaret worden / selbst zu bezahlen pflichtig; Die übrigen aber der Gerichts-Herr und Gerichts-Verwalter abzutragen / oder über sich ergehen zu lassen ; sowohl dem Inquisito alle durch diese widerrechtliche Begnehung der Sentenz verursachte Schäden und Unkosten zu erstatten / auch künftig hin dergleichen eigenhdiger Begnehung der eingeholten Urtheil / von den Aeten bey Straffe einer tapfern Geld-Busse / oder nach Gelegenheit der Benehzung der Gerichte sich gänglich zu enthalten schuldig seyn/ sc.) solches alles kan nicht anders / als für null und nichtig angesehen / und declariret werden. Und ob gleich pro justificatione dieser erst angeführten Erkäntnis dieses zum Fundament gesetzet und proportionate decidendi angebracht wird ; dass / wein besage der fol. 152. befindlichen Registratur der Gerichts-Herr und Gerichts-Verwalter das zu C. eingeholte und fol. 152. zu lesende Urtheil welches Inquisiten simpliciter ab inquisitione absolviret / widerrechtlich ab actis genommen / und ohne eingesendeten unterthänigsten Bericht an Sr. Hoch-Fürstl. Durchl. und daher zu erwartenden gnädigsten Befahl / wie billig und von Rechts wegen hätte geschehen sollen / für sich an ein ander Collegium verschicket / und dadurch alle die nachhero erfolgte Unkosten mutwillig verursachet: So haben wir doch / dessen allen ungehindert / solches Verfahren vor illegal und widerrechtlich nicht ansehen noch erkennen können / sondern sind vielmehr der beständigen Meynung / dass der Gerichts-Herr und der Gerichts-Verwalter hierinnen dasjenige gethan und beobachtet / was einem beständigen und gewissenhaftesten Richter in dergleichen wichtigen Fällen zu thun oblieget. Solches nun Rechts-bebriger massen darzuthun und zu erweisen / sezen wir vornehmlich dieses zum Fundament: *Quod eo in casu, quo judici dubia & anceps videtur causa, is prudenter agat, si peritiorum maxime Jurisconsultorum, de ea petat consilium, arg. cap. statutum II. §. Assessorum de Rescriptis in 6o.* Id quod hodie haud raro fieri explo-

exploratum est. Quinimo potissimum in Criminalibus causis cavetur, ut Judices de causa controversa peritiores consulant per Ord. Crim. Carol. V. art. fin. ibique Blumb. & ad art. 7. Job. Bapt. Afin. in Judic. praxi §. 23. cap. 1. Quando autem peritiores consuluit Judex ipsorum NB. consilium diligenter legere & accurate expendere jubetur ac dispicere, an tibi expediat illud sequi, nec ne cap. 7. X. de Arbitr. l. 2. in f. ff. Mandat, quippe cum de Syndicatu teneatur, si consilium intelligat iniquum, ac nihilominus id in judicando sequatur, sicut videre est apud Harpr. ad pr. Inst. de offic. Jud. n. 46. & seqq. & post alios à se allegatos late docuit Vantius de Nullitat. sentent. ex def. jurid. Ord. n. 151. Bocer. disput. 28. tb. 23. Plus welchen bishero angeführten Momentis, nunmehr leichtlich zu judicare / daß bey Verführung des ganzen Processus also verfahren worden / wie es die Rechte und der Inquisitions-Proces erfordert; inmassen auch in diesem Stücke des Gerichts-Herrn seine VorSichtigkeit / deren er sich ante publicationem & executionem des C.ischen Urthels gebrauchet / mehr zu loben / als zu improbiren ist; Absonderlich da der Sachen Verlauff nachgehends gar deutlich gewiesen / daß er solches Urtheil weder zur Gefährde des Inquisitens / noch auch solches ganz und gar von denen Actis zu lassen / sondern weiln er solches allzugelinde und denen Acten und Rechten nicht allerdings gemäß zu seyn / nicht ohne erhebliche Ursache geglaubet / und dahero / sowohl zu Be-ruhigung seines Gewissens / als auch mehrerer Sicherheit wegen für unthig befunden / sich anderweit bey einem andern Rechts-Collegio informiren zu lassen / ab actis ad interim removiret; daß aber solches / absonderlich in dergleichen wichtigen Fällen / erlaubt sey / und man auch in præsenti hierzu gnugsame Ursache gehabt / solches bezeugen nicht allein die zu B. und D. eingeholten Urtheil / welche das C.ische improbaret und reformiret / sondern auch das E.ische Urtheil selbst / als in welchen Inquisitus, nach Innthalte des C.ischen nicht absolviret / sondern ihm Tortura spiritualis zuerkannt worden / anmit aber ipso facto sich offenbahren hat / daß hierunter der Gerichts-Herr jedoch nicht temere verfahren / sondern seines Unternehmens

Grund gehabt / mithin aber / ut eo in passu vincens , in keine Kosten zu condemniren stehe . arg . l . 13 . § . 6 . C . do judie . ibique Brunn . & in Proces . Inquisit . c . 9 . n . 2 . Dahero denn nicht wohl zu begreissen ist / warum und auf was Weise der Gerichts - Herr uss Ger . Dv . in expensas condemnaret werden können / da absonderlich selbige / nach dem sich vor Augen legenden und im E . ischen Urtheil selbst erkannten Event , nicht sonder rechtliche Erheblichkeit gehandelt / und auch mit der Execution des von der Juri- sten - Facultät aus B . erhaltenen Urtheils gleichfalls in Ruhe gestanden / nachgehends aber beide / nemlich sowohl das C . ische / als B . ische Urtheil zu denen Actis gethan / und mit unterthänigsten Bericht an die Hoch - Fürstliche Landes - Regierung eingefendet / und wie sie sich weiter hierbei zu verhalten hätten / gnädigsten Befehl und Bescheid erwartet / welcher denn auch bald darauf erfolget / da sowohl derer Herren Censum rationes decidendi erforderl / als auch / wie weiter in der Sache procediret werden solle / gnädigst resolviret und anbefohlen worden . Nachdem nun aus diesem Verlauff zu erkennen / daß (1.) die Hoch - Fürstliche Regierung das diesalige Verfahren sich gnädigst gefallen lassen . (2.) Der Gerichts - Herr und dessen Gerichts - Verwalter nicht einmahl einiger culpa , vielweniger eines Doli zu Inquisitens - Gefährde beschuldiget werden können ; (3.) Die zu B . und D . eingeholte Urtheil das C . ische improbitet und reformiret ; Ja so gar auch (4.) so hier vornehmlich zu attendiren / die Herren E . enses das C . ische Urtheil selbsten nicht confirmiren können / sondern Inquisitoren vorher über gewisse Puncten das Jurament zuverkannt : Als folget hieraus von selbst / daß erst besagter Gerichts - Herr und Gerichts - Verwalter weder in expensas können condemniret / noch auch mit einiger Straffe und Commination de jure angesehen werden / sondern daß vielmehr Inquisitus alle auf diesen Inquisitions - Proces verwendete Utkosten zu erstatten schuldig und verbunden sey . vid . Carpz P . 3 . qu . 138 . n . 16 . Blumb . ad Ord . Crim . art . 240 . n . 7 . V . R . W . & à Regimine simul rescribebatur , ut ultraque sententia tam E . quam Facultatis F . Reo , in tantum tamen saltet , in quantum ad eundem attineret , publicaretur , quo facto & Reus

Reus acqueavit & praestitit, quæ ex sententiis præstanta erant,  
causam hanc maxime intricatam finivit.

## §. IX.

Quid si autem adsit speciale statutum recessum à  
sententia sémel latâ, ante publicationem prohibens, illud Ju-  
dex negligere nequit. Cujusvis n. Reipubl. Legislator in utili-  
tatem subditorum leges sanxisse præsumendus, cui utilitatiju-  
dex contravenire nequit. Certus etiam esse debet erroris,  
uti prædictus casus docet, Judex enim peritorum consilium  
non sequens & sine causa ab eorum sententia discedens ma-  
le judicasse & gravasse præsumitur Brunn. in Pr. Civv. c. 27, n. 11.  
p. 25. Nec partium compromisso aut voluntati publicationem  
exigenti Judex in civilibus contravenire debet, licet una ex  
iis laceratur.

## §. X.

A Rescripto Principis ob reverentiam eidem debitam re- De Rescriptis  
cedere & aliud decisum ferre non licet, sed illud aut publi- Principum.  
care, aut si dubius ejusdem tenor judici videatur, rem ite. ab his recedi  
rum submissæ referre & aliam resolutionem expectare eam. Et res aliter  
que expedire debet. Contra rescripta enim & peti- decidi nequit  
tio sententia est prohibita Mand. El. 28. Jan. 1579. Et reveren- Sed Judex  
tia summo Principi debita exigit, ut ejusdem mandata ad eadem aut  
amissim observentur, præcipue quando ad transmissionem publicare,  
actorum, prævia causa cognitione, sunt lata. Et licet ju-  
dex suæ informationis tantum causa rescriptum petierit, ta-  
men ab eodem temerè recedere & contra illud decidere ne-  
quit: voluntas Principis enim loco legis est, quam judex  
sequi debet. Quando autem ad erroneam relationem, aut Aut rem ite-  
alterius partis sub- & obreptionem sunt emanata, Judex vel rum submissæ  
ad partis instantiam, vel, si præjudicium sibi enasci putet, referre.  
proprio motu & ex officio, in quo in relatione aut petitio-  
ne erratum, ea qua decet, submissione aperire & novum re-  
scriptum expectare potest. Princeps enim præsumitur sic  
voluisse, si relations aut preces veritate nitantur, C. 2. X.  
de rescript. l. 7. C. de divers. rescript. Et quamvis ejusmodi  
rescripta ad unius tantum partis instantiam & supplicatio-  
nem

nem absque causa cognitione data , non transeant in rem  
judicatam , Ziegler, in introd. ad Pr. Sax. c. p. 60. n. 23. nec sic ex-  
ecutioni mandanda sint , adeoque judex relationes de no-  
vo facere necesse non habere videatur : Hoc tamen tantum  
obtinet in causa civili , inter partes litigantes , ubi pars quævis  
necessario audienda ; Non vero in criminalibus , ubi Judex  
ex officio procedit & delinquens adversarium , nisi judicem  
non agnoscat ; aut iis in civilibus , ubi qualitas causa inter-  
vallum & spatum remedia suspensiva , quæ contra Rescri-  
pta per Berg. Occon. p. 24. n. 5. admittuntur , interponendi non  
concedit , aut eadem plane abscondit v. g. in cambialibus.  
Hisce enim in casibus Judici necessario incumbit , aut per  
relationes competentia , contra ejusmodi rescriptum , ex  
officio observare , aut ad instantiam impetrantis ex reveren-  
tia Superiori debita illud exequi .

## S. XI.

*Executio Re-* Executio autem hæc judici , in ejusmodi casu , ubi par-  
*scriptorum* ti spatum aut facultas remedia interponendi , aut compe-  
*terendum pe-* tentia alio modo observandi non conceditur , periculosa esse  
*riculosa.* potest , hinc Judex circa illam eo majorem præcautionem ad-  
hibere necesse habet .

## S. XII.

*De opinioni- bus Arte pe-* Opiniones Arte peritorum , quod attinet , pro senten-  
*tiorum.* tiis illæ haberri , vix poterunt . Ut plurimum enim expetuntur ,  
ut tanquam testes judici fidem faciant , & probationi admiri-  
*Ab his pro re-* culentur , non autem decidant . Sodalitium enim non  
nata recedit gaudet vocatione & potestate publica , qua Collegium JC-  
torum ; Et eorum Videtur , nisi in id compromissum fuit ,  
neminem stringit . Gail. Lib. II. Obs. 3. n. 10. Adrian. Bey. in Pr.  
Mechan. caus. c. 36. §. 14. n. 2104. Hippol. de Marsil. in L. un. C. de  
rapt. Virg. n. 145. Nihilominus vero , sine sufficienti causa ,  
pro lubitu & fine ratione recusari nequeunt ; Frustra enim  
eosdem adhibuisse judex non dicatur , in primis , si ut decet ,  
peritissimos , quos habere potuit , adhibuit & eosdem jurare  
curavit . Juramentis enim non ludendum ; Nei judicis sci-  
entia omnibus negotiis sufficiens est , ultra scientiam artis  
autem ,

autem, quam profitetur, procedere, nec potest, nec debet. Quodsi autem erratum ab iis esse, peritiorum accuratiori iudicio, vel aliis probabilibus argumentis comprobetur, quam maximè ab eorum iudicio recedi potest. *Brunn. ad. L. 2. C. de ponderat.* & auri illat. *Adrian. Beyer. d. l.* Nunquam enim Judicium peritorum, præcipue in re, ubi veritas est occulta, transit in rem iudicatam *Myns. Cent. 6. obs. 35. n. 15.* adeoque retractari potest, quod iudicarunt periti. Sic efflagitat *Conf. Crim. Car. art. 147.* & 149. ut in vulnerationibus periti adsciscantur, qui de lethaliitate & qualitate vulneris testentur; nihilominus inspectione non rite peractâ, adhuc semel eadem repetatur, ideoque cadaver, jamjam sepultum, iterum re adhuc integra effodiatur, aperiatur & inspiciatur. *Carpzov. pr. Cr. P. 1. qu. 26. n. 19.*

## §. XIII.

Revertimur ad Sententiam. Sicuti vero, ante publica-  
tionem, illa nullius est efficaciz, nec quicquam operari po-  
test *Carpz. Pr. T. T. 16. a. 3. n. 1. ibique allegat. Pr. Sax. & Judici-*  
circum eam uberior licentia competit; ita post eam locum ha-  
bet illud Pilati ὁ νέος φα, νέος φα. Judex enim tunc mentem  
suam de jure explicavit, cui ex sua parte statim standum, &  
omnis mutationis & correctionis expers est, quod pro nun-  
ciavit, desinit enim tunc esse Judex *l. 55. ff. de re judicat.* Nec  
quicquam refert, sive ipse, sive Collegium JCTorum id con-  
ceperit. A Judice enim pronunciante illud accipit suam au-  
toritatem. Eo ipso enim, quo à Judice sententia litiganti-  
bus prælegitur, autoritatem consequitur, approbatur, illi-  
que efficacia tribuitur *Carpz. P. Pr. T. 16. a. 1. n. 51. 55.* & alteri  
parti Jus quæsumum acquiritur. Hinc etiam Judex illam exe-  
qui debet, ut autoritas rerum iudicatarum subsistat, & vi-  
ctorius quæsumum, quod nec per Judicem, nec per Princi-  
pem adimi potest, maneat. *Huber. pral. ad ff. de re jud. pos. Cum & Su-*  
*p. 396. b.*

## § XIV.

Contigit quidem in prædictâ causâ Lengenfeldensi, cu-  
jus mentionem §. 6. fecimus, casus, ubi sententiam publi-  
cata, F. Casus in  
contr.

*periores non  
recedunt.*

cata, nec suspensa, expedire non licebat. Nimirum per sententiam electioni Rei P. erat relictum num jurare, an per probationem conscientiam defendere velit; sententia publicata, & non suspensa in rem judicatam transferat non tantum, sed & Reus, posterius eligens, articulos cum nominibus testimoniis tradiderat, judex ad ejus petitum terminum productionis præfixerat, partes in termino præsentes erant & Reus quicquid suarum erat partium observaverat, Actor W. autem, provocando ad Superiorem, protestabatur contra iusjurandum testimoniis eorumque examen, contendens, quod Edictum von der Selbst Nachre und Injurien, ejusmodi prolixitatem non admitteret; Licet igitur in dicto mandato ne verbulum quidem prohibita exoneratio conscientia per testes habeatur, nihilominus tamnam rescribatur: Nachdem wir in dergleichen Sachen Weitläufigkeit / folglich auch die/ dem Beklagten fol. 44. nochgelassene Vertretung des Gewissens mit Beweis zu verstatthen / nicht gemeynet sind / als ist hiermit unser Begehren / du wollest selbigen damit nicht zulassen/ im übrigen aber / nach Anleitung des d. f. befindlichen Urtheil; ferner gebührend verfabuen; Ast ab hoc speciali casu ad universalitatem argumentandum non est. Summus enim Saxonia Legislator, in mandato prædicto, in genere ambages & prolixities processus in certis & in ipso Mandato denominatis causis, omni modo, ob utilitatem publicam coactari voluit, & cum defensionis conscientia expressa mentio in eodem non sit facta, voluntatem in speciali Rescripto planiori reddere maxime placuit, præcipue, cum hoc modo aliis metuendis ambagiis via præcinderetur. Jusjurandum enim, aut exoneracionem conscientia absque delatione Sententionantes injunxerant, & sic partibus de nullitate excipiendi viam aperuerant, quæ per hocce Rescriptum præclu-debatur.

*¶ quo tamen  
ad alios non  
argumentan-  
dum.*

*Ampliatio  
recessus pro-  
hibiti.*

## §. XV.

Stare debet Judex publicato, sive sit justum sive erro-neum l. 55. ff. de re jud. seu male seu bene functus fuerit officio,

cio, nec habeatur respectus ad errores, an illi nullitatem producant, nec ne; quicunque illi sint, judicis officium impedire non possunt, sed iisdem non obstantibus, procedere debet *Carpz.* P. 1. C. 26. d. 22. ibique allegat *Gail.* L. 1. obs. 127. n. 10. & *Mysf.* C. 4. obs. 64. differentia enim ea, an in thesi, an in applicatione sit erratum, an hinc sententia ipso jure sit nulla nec ne, an nullitas sit sanabilis an insanabilis, in gratiam non judicis, sed litigantium est inventa; qui & fatalia aut suspensionis decisi, aut querelæ & exceptionis nullitatis pro diversitate Jur. Civ. & Sax. obseruabant, prout docet Dn. *Menck.* in *Tab. Syn.* ff. p. 781. & *Ziegel.* ad *O. P. S.* T. 38. *adverb.* in *deducirung.*

## S. XVI.

Obj. quod  
nullum est,  
nullos habet

Ast reclamari videtur: quod id, quod nullum, nullos effectus, nec habeat effectus, hinc sententia nulla, nec in rem judicatam expediri debet. transire, nec rei judicatae actionem & executionem, in quibus alias effectus sententia consistunt, per *Hub. prel. ff. de re jud.* n. 42. & 49. p. 396. & 399. operari, adeoque nec judicem ad ulterius procedendum compellere possit. Cui applaudunt vulgata: quod sententia contra jus in thesi lata, sit ipso jure nulla, nullius sit momenti, nec subsistere, nec authoritatem sententia retinere possit, licet per provocationem non sit suspensa *L. 1. C. quando prov. non est necess.* nec appellatio contra eam opus sit *l. 1. §. 2. ff. que sent sine app.* nec præscriptione confirmetur *l. 19. ff. de appell.* nec nomen sententia habere mereatur *l. 4. ff. de re jud.* Sed hæc omnia ea. *Resp.* Sed dem nobis non esse videntur, quæ nos a nostra sententia rece-  
sentia nulla  
dere commovere queant. Ea enim, quæ sunt adducta, plus sic dicitur, non inferunt, nisi illud, quod pars laesa, etiam post decen-  
ratione par-  
dium, tam per modum actionis, quam exceptionis contra tis tantum sententiam audiri debeat, & pro re nata, reformationem non *Judicis,*  
eiusdem, & que bene acsi appellaverit, sperare & senten-  
tiam in eum statum, quasi non adfuisse, iterum deducere *tionem nul-*  
possit; neutiquam vero, quod *Judex* proprio ausu ab ulte-  
ritatis expe-  
riori est.

*Ante allegationem enim nullitas non presumitur.* riori procedendo desistere & parti executionem urgenti eandem denegare debeat. Judex enim post implorationem partis demum ad executionem sententia procedit, quæ imploratio non, nisi præterlapsus decendio, fieri solet; Elapsus autem hoc spatium, sententia non suspensa in rem judicatam transiisse videtur, & judicatum pro veritate habetur *L. 25 ff. d. stat. hom. L. 207. ff. de R. J. relictâ laeso licentiâ, intra tempus definitum, deducendi nullitatem.* Effectus enim sententia est, quod jus faciat inter partes; & præcise ei sit parendum, adeo, ut nec Princeps jus per sententiam quæsumum anferre possit, licet ad audientiam, vel causam denuo cognoscendam, condemnatum restituere possit, ne alter lucretur cum alterius damno. *Brunnem, Pr. Civ. c. 27. n. 62. p. 265.*

## §. XVII.

*Nec sufficit allegatio, sed stranda;* quod enim nullum dicitur, non statim nullum est. *deductio necessaria.* Et licet quis moverit querelam, non tamen statim ei credendum & ab ulteriori processu abstinentum, sed deductio nullitatis est expectanda. Hinc inde inhibitio, unâ cum citatione super nullitate petitâ, non conceditur, quia sententia in rem judicatam transiisse creditur, cuius executio, in civilibus neutiquam, bene tamen criminalibus *Brunnem. Pr. Civ. c. 28. n. 111. p. 304.* nullitatis prætextu, impediri potest, etiam si supplicans alleget notoriâ nullitatem, quia hoc casu, cum sit præsumptio pro sententia, nudis narratis supplicantis non creditur. *Gail. L. 1. O. 127. n. 10. Brunnem. in Pr. Civ. d. l. n. 10.* sed potius, uti dictum, in easum succumbentia de pena solvendâ cavendum *Brunn. d. l. n. 113.* Multo minus Judex, quærela nullitatis nondum institutâ, a sententiâ recedere & parti solicitanti executionem denegare potest; Ipse enim sententiam in ferram trahere & item mouere nequit, sed tunc tristissimum illud locum habet: ubi non Actor de nullitate, ibi nec Judex. Et imputent partes sibi, quod sententiam, fana- biliter nullam, non suspendent, sed acqueverint & effica- ciam

ciam nancisci permiserint, cum facillimo negotio, intra descendium, vires ejusdem impedire potuerint. Nec immerito sententia, insanabiliter nulla, habebitur pro justa, donec dis sensum suum partes aperiant; dum justitia sententia metienda sit etiam ex consensu partium *L. 26. ff. de re jud. Menck. in Tab. Syn. ff. de Re jud. p. 520. & Mev. Pr. 3. Dec. 112. n. 6.*

## §. XIX.

Et quamvis Judex sententiam notorie nullam ipse corrigere posse a *Mev. P. 6. Dec. 250.* dicatur, & executio sententia impediatur, si nullitas sit evidens & notoria *Brunn. in Pr. Civ. c. 28. n. 110. p. 304.* & exactis appareat, nec altiorem indaginem requirat; adeoque allegatio & deductio necessaria esse non videatur: Tamen allegatio per hoc non excluditur & sufficit ad evidentiam actorum provocari. Et sic obje<sup>Obj.</sup> *Resp.*  
*E*tio hæc nobis non refragatur; statuimus enim tantum, quod judex, antequam evidentissime elucescat, proponatur & demonstretur nullitas, libere pergere & sententiam ad instantiam partis executioni mandare possit & debeat, quando autem in judicium deducta est nullitas & ex actis appetat, ulteriori deductione opus non est, sed tunc sententia pro nulla est habenda, omni effectu destituitur, & executio ejusdem recte intermittitur.

## §. XIX.

Sed quid si judex, post publicationem, errorem commisum consciens, aut saltem de justitia sententia dubitans, executionem ejusdem & ulteriore processum conscientia peditio confusaveri autem; annon nihilominus eandem experientia scientia judicare & officio suo fungi debet? *Resp. Melius fecisset: fitis repugnes.*  
 ante publicationem majorem solitudinem & curam adhibuisset, nunc autem re non amplius integra factum inferendum reddere, aut intempestiva sua cognitione erroris, & hinc orta scrupulositate, alteri per publicationem attributum,

tributum jus iterum auferre nequit. Interim secum pen-  
sit, an sibi dolus, aut culpa, imputari possit, ita, ut de-  
trimentum parti allatum, declinare potuerit & debuerit, v.g. si  
sententiam proprio motu petitam, licet eandem erroneam co-  
gnoverit, aut facile talem cognoscere potuerit, nihilominus ta-  
men pro vera pronunciavit, nec ne: priori casu a conscientia  
morsu se liberabit optime, si laeso litiganti praestans in-  
teresse liti finem imponit; sin autem sciat, quod sibi nihil culpæ  
imputari possit, consideret potius, non tantum, quod pars laesa  
damnum, quod sentit, sua culpa sentiat, ejusque negligenteria  
concurrat, dum sententiam erroneam vires rei judicatae  
consequi & parti facultatem ulterius procedendi, & execu-  
tionem petendi nasci passa est, nec nullitatem detegit; sed et  
quod sententia, qua in rem judicatam transiit, pro verita-  
te, ut dictum, habeatur, & sic per executionem illius,  
quod in veritate consistit, a se aliquid mali non committi;  
econtra suum efflagitare officium, ut ad alterius partis instan-  
tiam secundum leges prescriptas procedat, & executionem  
faciat, uti monitum §. 8. c. 2. leges enim id exigunt, quibus  
clementiorem judicem esse non oportet. Nov. 82. c. 10. sed  
potius legem duram servare l. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manu,  
lib. non fiant, quæ leges Civiles quam maxime & conscientiam  
spectata Legislatoris autoritate & utilitate publica, secu-  
ram reddere valent, Menck. Tab. Syn. ff. de oblig. & act. p. 578.  
cum nulla suspicio calumnia in leges quæ sanctæ sunt, ca-  
dere possit. Cz p. 1. C. 12. D. 25. n. 3. Sed si nihilominus pro-  
cedere non audeat, nec per amicabilem compositionem lis  
finiri queat, alteri judicandi officium, consentiente Superiore,  
relinquat.

## §. XX.

*Quid de Re-  
scriptis &  
opinionibus  
arte perito-  
rum sentien-  
dum?*

Quomodo Judex circa Rescripta & opiniones Perito-  
rum post publicationem se gerat, §. 10. jam dictum, ad quod  
brevitatis studio nos referimus.

Th. XXI.

## §. XXI.

Sicuti vero in civilibus à sententia publicata Judici re-  
 cedere non licet, ita nec in Criminalibus. Nunquam enim *Negre in  
 Criminali-  
 bus recedere*  
*Cz. Pr. Cr. P. 3. qu. 150.* &, uti dictum, ne quidem decidere,  
 multo minus decisum mutare, aut emendare potest, sed si  
 circumstantia mutationem aut mitigationem aut exaspera-  
 tionem sententia urgent, Superiori, ad quem jus aggratiandi  
 spectat, nimirum Principi, LL. ferendarum potestate gau-  
 denti, causa erit referenda *Brunn. ad L. 6. ff. de off. Pref. n. 2. 3.*  
 Huic enim, si regalibus gaudeat, potestas emendandi senten-  
 tiā in causa criminali *Huber. in Pral. ad ff. de re Judic. poff. 44.*  
 & pœnas, jure humano, determinatas & per sententiam justam  
 impositas, augendi per l. 45. §. 1. ff. *dere Jud. competit,* quid-  
 ni & sententiam erroneam corrigendi? Cessat enim in Cri-  
 minalibus ratio immutabilitatis sententia, nimirum præjudi-  
 cium privatorum. Pars enim, hic non est, uti in civilibus, cui  
 per publicationem jus esset quæstum. Hinc Superior hic  
 non semper præcisè secundum Aëta & probata, decidere ne-  
 cessé habet, sed secundum æquitatem judicare valet. Nec  
 hoc nesciunt prolapsi & inquisitionem, infamiam & aliam  
 non levem promeriti pœnam; Suplices proinde adeunt Su-  
 periorem, contendunt, ut aboleantur aëta, aut sigillo Principis  
 ob signentur, &, ut eo minus præjudicium sibi creatur, statim  
 ab initio, antequam inquisitionem aut sententiam conde-  
 mnatoriā, quippe quæ demum in delictis privatis, infamiam  
 importat, expectant, abolitionem, offerendo pecunia summa  
 anxie petunt. Magistratus igitur inferior licentiam receden-  
 di a sententiā in Criminalibus non usurpet, nisi in quantum sit *Aut alieni à  
 Superiori sit  
 à Principibus.* & qui eadem potestate polleat, concessum *concessum,*  
 Sic jure Sax. Electorali in delictis, quæ pœnam arbitrariam  
 delinquentibus irrogant, exceptis delictis carnis *Berg. Oecon.*  
*Jur. p. 907.* mutatio non tantum, sed etiam mitigatio, certas  
 ob causas, si v. g. sub promissione mitioris sententia, confes-  
 sionem

fionem Inquisiti elicuerint judicibus est relicta *Dec. El. 91. in f. & autumat Phil. obs. 1. ad d. obs. n. 55.* hoc merito Dominis jurisdictionibus concedendum , cum & alias judici integrum sit , ex pœnis arbitrariis unam eligere & pro arbitrio vel graviorem vel mitiorem irrogare *d. l.* Quotidiana etiam praxis terræ Saxonice Electoralis comprobat , hanc concessam potestatem . Ibidem enim sèpius ex justâ causa , non tantum commutatio pœnæ dictatæ arbitrariæ , in mitiorem contingit , hoc observato moderamine , ut mulæta , pro fustigatione & relegatione perpetua , Judici quidem inferiori , ad quem superior jurisdictione pertinet , tanquam fructus ejusdem solvatur , *Carpov. Crimin. qu. 109. n. 29.* sed ab eo postea piis causis erogetur , ad quas etiam spectant pauperes ejusdem ecclesiarum , ubi delinquens habitavit , eingefarret isti / scuti hoc præjudicio comprobat *Berg. in Oecon. p. 907.* pecunia autem , qua temporaria relegatio , aut carcer redimitur , fisco magistratus & dispositioni ejusdem liberiori relinquatur . Præterea exerceatur haec licentia commutatio nis ab iis , qui patrimoniali gaudent jurisdictione , neutri quam vero a Præfectis , quippe qui causam Principi suo referre ejusque moderamen & determinationem expectare necessitate habent . *Berg. d. l.* Sed etiam mulæta minuuntur & pro re nata penitus remittuntur . *Carpz. Pr. Cr. 90. 150. n. 85. & Pr. T. 23. A. 4. n. 72.* Quæ facultas minuendi mulætam . etiam jure Civili , Judici inferiori permitta erat . *Brunn. ad 6. ff. de off. presid.* Hisce igitur judicibus inferioribus quibus competit in sententiis justis & ad normam juris conceptis determinatas pœnas commutare , aut minuere aut augere , licebit etiam , iisdem in casibus , sententias erroneas emendare . Cui competit enim plus , nimirum non recedere a justo , licebit etiam quod minus , erroneous non expeditum relinquere aut mutare . Sufficiant haec dixisse de officio Judicis circa decimum erroneous . Nunc

## CAP. IV.

## CAP. IV.

*Examinabimus brevissimis, ad quæ Judex, officio suo circa id quod erroneous est, non satisfaciens, teneatur.*

## §. I.

**N**ecesse non erit, speciatim hīc investigare, quid Juris? si decidat ubi sententiam aut Rescriptum expēctet, et vice versa, aut si erroneam sententiam publicet, ubi non debet, aut si recedat, ubi expediat & contra. Omne enim illud, ubicunque peccaverit, concurrit in eo, quod malè judicasse & officio sinistrè functus fuisse dicitur. Nec ulla intercedit differentia, num ex proprio deciso quis erret, aliumque lēdat, an sententiam ab alio latam, quam erroneam cognovit, aut cognoscere potuit, dicam an debuit, alteri præjudicium afferat; Cum per hancce publicationem, & executionem approbet errorem,

## §. II.

Hoc potius, ob diversum, quod judici creatur, præ-*Dispicien-*  
judicium, perscrutandum, an sciverit & studio & proposi-*dum, an do-*  
to deliquerit; an nescierit, scire tamen potuerit & debuerit. *lo, an culpa*  
Posteriori casu de culpa, sive ex negligentia, sive ex im-*male functus*  
perientia, proveniente, tenebitur, item suam fecisse di-*fuerit officio.*  
cendus, hoc est, actione in factum à lēso ad interesse, Cz. Pr. *Si ex culpa,*  
*T. 21. a. 1. n. 57. id P. 1. C. 29. de 24. n. 3. & C. 32. d. 2. n. quod item suam*  
probandum, secundnm æquum judicis arbitrium, etiam ho-*facit, & ad*  
die, cum non recesserit ab usu, uti *Mev. p. 8. d. 480. de- intereste te-*  
*monstrat, est conveniendus l. f. ff de extraord. Cognit. Hopp. natur.*  
*ad pr. I. de obl. qua quasi ex Del. p. m. 957. Judicis enim ne*  
*Etiam hodie,*  
**G**  
*gligentia*

gligentia partibus nocere non debet, *Cz. P. i. C. 16. d. 3. n. 4.*  
nec tertio *Cz. L. 3. T. 12. R. 114. n. 22. id. Proc. Jud. T. 13. A. 14.*

*n. 107. æque minus* suffragabitur eidem imperitia. Hæc e-

*Neque enim nim etiam culpa annumeratur L. 132. ff. de R. J. in eo , qui*  
*negligentia peritiam profitetur. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. §. 7. J. de leg. Aquil.*  
*neque impe. l. 2. §. 47. ff. de O. J. aut eam habere debet. l. 9. pr. §. 3. ff. d.*  
*ritia Judicisjur. & fact. ignor. Judex enim exercuisse se debet in arte,*  
*alteri obesse quam profitetur. Non enim ad dispositionem sui cerebelli,*  
*debet. Carpz. L. 4. t. 1. R. 5. n. 12. & hinc scire , quod justum est.*  
*Carpz. L. 2. T. 5. Resp. 64. n. 2.*

### §. III.

#### Nec excusan-

*dus statim, si*

*Peritores*

*consuluit.*

*Nisi sint casus*

*dubii.*

*Aut ad artem*

*suam non*

*pertinentes.*

*Ex impru-*

*dentia enim*

*tantum crassa*

*conetur.*

Et quamvis ille , qui ex J Ctorum Judicio & Consilio ju-  
dicat , nihil injury fecisse dicatur , tamen hoc , uti deduc-  
ctum , non excusat Everb. Vol. II. C. 15. §. 28. p. 214. G. 215.  
Interim tamen , cum in quam plurimis casibus tota collegia ,  
sibi invicem reperiantur contradicentia , uti §. 8. cap. 3. de-  
monstratum , condonandum erit Judici , in ejusmodi du-  
biis , sibi per consultationem & informationem prospicienti ,  
uti Rivin. in præjudiciis ad Enunc. s. O. P. S. T. 1. p. 9. comprobat ;  
cum licet omnem adhibuerit solertiam , tamen vix eandem  
veritatem eruere potuerit , quæ non contradictionem , non  
spernendis rationibus instructam , inveniat . Excusandus  
etiam est Judex , quando in sententiâ erratum fuit ex falsâ  
opinione Arte peritorum . Ejusmodi enim res non sunt de  
arte , quam Judex profitetur , adeoque easdem ignorare li-  
cit . Satisfecit officio , quando eosdem , & quidem , si ha-  
beri potuerunt , peritissimos , aptissimos , Juramento ad ve-  
ritatem asserendam adstribetos , debito tempore & numero ,  
in præsentiâ partium , quarum interest , adhibuit . Impru-  
dentia enim , ex qua Judex convenientius , intelligenda est  
crassa , v. g. eorum , quæ scire debuit , potuit , & certo jure  
sunt constituta , non , quæ dubii juris sunt , Berg. Ocean. p. 849.  
Hopp. ad Pr. I. de obl. que quasi ex del. aut extra Sphæram artis  
sux posita.

### §. IV.

## §. IV.

Nec excusationem inveniet, si putet, inique gravatum *Nec excusare* appellare debuisse, unde, cum hoc omiserit, sibi illum hoc im *se potest per* putare debere. Nihilominus item facit suam, per *Everb. d. l. partis negli-*  
*p. 215. n. 29. ibid. alleg. Dd.* Pars enim non appellans præjudi *gentiam in* cat sibi tantum ratione partis adversa, non vero judicis, con *omissis reme-* tra quem regressus manet. Ad hæc, & adhibito remediorum *diss commis-* suspensivorum est sumtuosa, & eo graviorem reddit restitu *sam.*  
*tionem.* Nec juvat eundem, quod nullitas commissa dicatur, *Nec per nat-* adeoque causa revocari aut in pristinum statum reduci pos *litatem.*  
*fit, quia, commissa etiam nullitate, Judex suam facit item, &*  
*parti ad interesse tenetur. Everb. d. l.* Nullitas enim a parte,  
*non vero à Judice opponi potest. Quid quod utriusque par-* tium teneatur, tam illi, cui per nullitatem præjudicium attu-  
*lit, quam illi, cuius ab initio commodum promovisse videba-* tur. Hæc enim, ulterius procedendo ex sententia nullitate  
*laborante, expensas erogare necesse habet, ad quarum restitu-* tionem, quando postea sententia ob nullitatem revocatur, *Ad interesse.*  
*Judex obligatus videtur, quia pars easdem frustratur. Prate non tantum*  
*rea culpâ etiam saltim peccans afficiendus est penâ Brunnem* *teneretur, sed*  
*ad L. 15. ff. de Jud. §. 6. arbitrariâ tamen tantum. Carpz. L. 2. I. Spuniendus.*  
*§. Rec. 64. n. 6. Treutl. Vol. 1. Disp. XII. n. 14. p. 105.*

## §. V.

Priori casu & quando sententiam, quam erroneam co- *Sin ex dolg.*  
gnovit, publicavit & circa expeditionem illius peccavit, ex  
malo proposito. quod ex eo, quando forsitan, alias non impe-  
ritus, contra perspicua jura processit, aut acceptis donis cor-  
ruptus est, si alio tempore aliud decisum in ejusmodi causa  
tulit, aut contrarium adhuc defendit, si aliorum Peritorum  
opinionem, probabilioribus argumentis aperte firmatam, ne-  
glexit; aut alio modo se erroris conscientum prodidit, pra-  
G 2 *mendum,*

**De Syndicatumendum;** doli se Reum reddit & a l*æ*so ex Syndi-  
catus remedio ad indemnitatē conveniendus erit;

**Carpzov.** L. 1. T. 6. Resp. 53. num. 18. quod non  
sublatum, sed in Camera adhuc approbatum dicitur a

**Dn. Menck.** Tab. Syn. ff. que sentent. sine app. rescind. p. 712. publico  
insuper, ad pœnam luendam, est obligatus, dolose enim

circa ejusmodi sententiam agens in civilibus prater expen-  
das & veram litis æstimationem l. 15. §. 1. ff. de judic. cum re-  
motione, in triplum dati, promissiduplum, fisco inferen-  
dum, condemnatur, Nov. 124. c. 2. aut alio modo arbitrarie

punitur. In criminalibus vero confiscatis bonis, in exilium  
mittitur Nov. 124. c. 2. Avth. novo Jure C. de pœna Judic. qui

male judicab. Hodie cessat quidem confiscatio bonorum, re-  
motionis tamen & relegationis, vel alia pœna arbitraria, pro

qualitate delicti, afficitur Cz. Pr. Cr. q. 93. n. 52. seqq. obli-  
gatur ad æstimationem litis l*æ*so præstandam, l. f. C. de pœna.

qui male l. 15. §. 1. ff. de Jud. liberans nocentem conscientia se de-  
lictii facit, Carpzov. Dec. 184. n. 11. fitque infamis, imo mortis

pœna afficiendus, qui innocentem ad mortem condemnat.  
ibid n. 14. 15. 16. & L. 2. T. 5. R. 63. n. 8. 9. Subire deberet ean-  
dem, quam Rei liberati pœnam sustinere debuissent Cz. dec.

184. n. 8. ex rationibus ibidem n. 9. 10. 13. 17. allatis, a-  
liter tamen res se habet de Jur. Sax. Carpz ibid n. 18 Domini

etiam jurisdictionis, si aut ipsi hoc modo delinquunt aut  
Administratoris delictorum sunt participes, graviter mulctandi,

& jurisdictione privandi, uti ex §. 8. c. 3. dictis appetet.  
In specie obtinet in Saxonia, quod injuste incarceratedo à Ju-

dice per singulos dies naturales solvantur pœna loco 40. gros-  
si, Landr. L. 2. Art. 36. una cum expensis Cz. crim. P. 3. qu.

III. n. 20. quos quidem solvere non tenetur, qui ex validis  
indiciis, aut pravia sententia JCtorum, quendam in carce-  
rem detrudit Cz. d. l. n. 76. qualem defensionis Clypeum con-

tra insultus litigantium, Rescripta etiam Principum præbent,  
Cz. L. 2. T. 5. R. 54. n. 14. in primis, si circa ea, uti §. 10. c. 3.

monitum, debitâ providaque circumspetione Judex utatur;  
sed non putamus sententiam erroneam, quam judex talem

cognovit,

#### Jure Sax.

#### Lim.

103 (53) 60  
cognovit , aut cognoscere potuit , hanc immunitatem p̄r-  
fare.

### §. VI.

Miserum quidem remedium litigantibus lassis videtur  
esse licentia experiundi contra judicem concessa , cum fer- *Et quicquid*  
me nihil aliud sit quam flagellum flagello addere , p̄cipue *solvie non ex*  
cum ex pena nihil commodi ad lassum redundet , & magi- *fisco, sed pro-*  
stratus inqui eo prionores ad item gerant animos , quo mi- *prio peculio*  
nus ejusdem incomoda sentiunt in suo marsupio , omnia *depromit.*  
*ex arario erogant : e contra privato acerbissimum sit,*  
*sic fatigari , exsuccum fieri & eviscerari.* Sed cum judi-  
ces non ut personæ publicæ , sed tanquam privatæ conve-  
niantur *Cz. L. g. 1. g. R. 95. n. 3. 4. apertum est* , eisdem non  
licere ex fisco sumptus litis depromere & , quicquid ipsis ex  
judicato erit p̄stantum , ex eodem redimere .

### §. VII.

Non tamen actione pulsandus erit Judex , si partes ad  
certum Collegium ejusque decisum aut Rescriptum Prin-  
cipis compromiserint , tunc enim Judex , voluntati  
partium se accommodare , & quod transmis-  
sionem fecutum , publicare necesse habuit , ipsique pro lubitu  
circa illud decisiū procedere non licuit ; & imputent sibi  
litigantes quod suo facto Judicis libertatem certis limitibus  
circumscriperint . Excusandus etiam aliquantis per erit , qui  
quidem errorem novit , ex sententia tamen Assessorum quam  
sequi debuit , eundem publicare & exequi coactus fuit , &  
sic non proprio animi motu male judicavit . *Berg. Oecon. p.*  
*849* , licet non sit negandum , quod uti in *S. g. c. 11. dictum* ,  
sibi alio modo consulere potuerit , adeoque omnis culpa  
non expers sit . Namque in *L. 2. ff* *quod quisque Jur. in alt.*  
tunc demum imperitia Assessorum magistratui & judici ex-  
cusationem prabet , quando hic meliora nescit , & doli aut  
culpa non arguendus est . *Et si quatuor conjunctim con-*

G 3 currere

currere debent requisita, ut recenset *Mev. P. g. Dec. 480.* si actioni ad factum contra Judicem sit locus, cessabit actio, uno altero deficiente.

## S. XIX.

Eiusmodi Rarissime quidem ejusmodi actiones in factum, aut ex actiones non Syndicatu contra iudices in Judicium deducuntur. licet ut §. sunt prohibiti. & 5. b. cap. monitum, non sint abrogata, quilibet tamen te nec abro- potitus sibi metuit à Judice, nec facile cum illo contendere audet; Interim non desunt alia frequentiora remedia, quæ Adjunt & a patrimonium non tantum, sed & existimationem ejusdem ha remedia, minuere videntur. Sic Judici non rite procedenti sportulae denegantur *Riv. ad O. P. S. T. 36. En. 17 p. 263.* Lis coram eodem pendens ad Superiorem per avocationem transfertur, aut alii tractanda committitur, aut aliis eidem adjungitur. De quibus omnibus fusius agere non licet, cum temporis Dissertationisque nostræ ratio jubeat nunc, persolutis D E O Trinuno, pro concessis huc usque viribus, gratiis addere huic labori.

F I N E M.



Erfurt, Diss.) 1718

ULB Halle  
004 324 196


3



A

sl.





B.I.G.

